

Complet

Perez 6042

Nº 1900

FASCISCULUS
EXORCISMORUM.

CONJURATIONUM, ORATIONUM,
ac Benedictionum contra Procelas,
Ventos, Locustas, aliosque Vermes,
& Animalia fructuum cor-
rosiva.

A REVERENDO ANTONIO GASCON,
*Metropolitane Cesaraugustane Sedis Por-
tionario, ex Rituali Romano, praxi ejus-
dem Metropolis, probatisque Autho-
ribus congestus.*

Nunc denuò à quampluribus mendis, &
erroribus purgatus, & auctus.

Anno



1750.

Pompelone. Apud Hæredos de Martinez





ORDO
SERVANDUS
CONTRA
TEMPESTATES.



ACERDOS cūm pri-
mūm viderit nubes
nigras, & turbidas,
procellam, & gran-
dinem minantes, fa-
ciet pulsari campa-
nas, quæ suo sonitu possunt nubes
dissipare, & dissolvere, & quia bene-
dictæ sunt in nomine Ecclesiæ pulsan-
tur; & mox, si fuerit in Ecclesia, ge-
nuflexus ante Sacramentum Eucharis-
tiæ, paulisper oret, & dicat, si velit

Re-

*Recordare Domine , at infra , &c , aut
alias deprecationes ; & cum compun-
ctione , & contritione cordis , implo-
ret misericordiam Dei , & indutus su-
perpelliceo , & stola accipiat in mani-
bus Lignum Crucis, si in Ecclesia fue-
rit , vel aliam Crucem , & præparata
aqua benedicta cum Aspersorio , ac-
cedat ad locum conjurationis , ad fa-
ciendos exorcismos contra tempesta-
tes , fulgura , tonitrua , grandines , &
turbines deputatos , & eò perveniens ,
prosequatur exorcismos ordine se-
quenti. Quod si viderit repentinæ té-
pestatis accessum , exorcismum faciat
in foribus Ecclesiæ , vel alio loco.*

Deprecatio coram Corpore Christi.

Recordare Domine testamenti
tui , & dic Angelo percutienti,
cesset

3
zesset jam manus tua, ✠ ut non deso-
letur terra, & ne perdas animam vi-
viam. ψ. Avertatur obsecro furor tuus
Domine à populo tuo, ✠ ut non de-
soletur terra, & ne perdas animam vi-
viam. Gloria Patri, & Filio, &c. ✠ ut
non desoletur terra, & ne perdas ani-
mam vivam.

Oremus.

NE despicias, Domine, omnipo-
tens Deus populum tuum in
afflictione clamantem, sed propter
gloriam nominis tui tribulatis succur-
re placatus. Per Christum, &c.

*Finita hac Oratione, & Deprecatione rece-
dat statim ad conjurandum, & receden-
do dicat Psalmum.*

IN te Domine speravi, non confun-
dar in æternum: in justitia tua li-

bera me.

In-

Inclina aurē tuam ; accelera ut
eruas me,

Esto mihi in Deum protectorem,
& in domum refugij : ut saluum me
facias.

Quoniam fortitudo mea , & refu-
gium meum es tu : & propter nomen
tuum deduces me , & enutries me.

Educes me de laqueo hoc , quem
absconderunt mihi : quoniam tu es
protector meus.

In manus tuas commendo spiritum
meum : redemisti me Domine Deus
veritatis.

*Gloria Patri , & Filio , &c. usque in
locum conjurationis , & cum fuerit in lo-
co predicto , tunc Sacerdos aspiciat fidu-
cialiter nubes , & benedicat eas , scilicet
benedictione aquæ benedictæ.*

EXORCISMUS SALIS.

Ÿ. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

Ÿ. Qui fecit cælum, & terram.

Ÿ. Sit nomen Domini benedictum.

Ÿ. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.

Exorcizo te creatura salis per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum; per Deum, qui te per Eliseum Prophetam in aquam rarijussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut effiraris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atque discedat à loco, in quo aspersum fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel versutia diabolicæ fraudis, omnisque spiritus immundos adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos, &

mor-

7
mortuos , & sæculum per ignem!
R. Amen.

Oremus.

Immensam clementiam tuam , om-
nipotens æterne Deus , humiliter
imploramus : ut hanc creaturam salis,
quam in usum generis humani tri-
buidisti , bene ✠ dicere , & sancti ✠ fi-
care tua pietate digneris ; ut sit omni-
bus sumentibus salus mentis , & corp-
poris : & quidquid ex eo , tactum , vel
respersum fuerit , careat omni im-
munditia , omnique impugnatione
spiritualis nequitiae. Per Christum Do-
minum nostrum , &c.

EXORCISMUS AQUÆ.

EXorcizo te creatura aquæ , in no-
mine Dei Pa ✠ tris omnipo-
tentis , & in nomine Jesu ✠ Christi
Filiij ejus Domini nostri , & in virtute
Spi-

7

Spiritus ✠ Sancti , ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici , & ipsum inimicum eradicare , & explantare valeas cum Angelis suis apostaticis: per virtutem ejusdem Domini nostri Jesu Christi , qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. R. Amen.

Oremus.

DEus, qui ad salutem humani generis , maxima quæque Sacramenta in aquarum substantia condidisti : adesto propitius invocationibus nostris , & elemento huic multimodis purificationibus præparato , virtutem tuæ bene ✠ dictionis infunde; ut creatura tua mysterijs tuis serviens, ad abigendos dæmones , morbosque pellendos divinæ gratiæ sumat effectum , ut quidquid in domibus , vel in locis fi-

de

delium hæc unda resperserit, careat
omni immunditia, liberetur à noxar
non illic resideat spiritus pestilens, non
autem corrumpens: descendat omnes in-
fidie latentis inimici: & si quid est
quod aut intolumentati habitantium in-
videt, aut quieti, aspersione hujus
aquæ effugiat, ut salubritas per invo-
cationem sancti tui nominis expetita,
ab omnibus sit impugnationibus de-
fensa. Per Dominum. *Hic mittat sal
in aquam, in modum Crucis, aspiciendo
nubes, cum magna fiducia dicendo:*

Commistio salis, & aquæ pariter
fiat: in nomine Pa-
& Spiritus Sancti. *Re. Amen. V. Do-
minus vobiscum. Re. Et cum spiritu tuo.*

OREMUS
Deus, invictæ virtutis auctor, &
insuperabilis imperij Rex, ac
sem-

9
semper magnificus triumphator; qui
adversæ dominationis vires reprimis:
qui inimici rugientis sævitiam superas
qui hostiles nequitas potenter expug-
nas; te, Domine, trententes, & suppli-
ces deprecamur, ac petimus; ut hanc
creaturam salis, & aquæ dignanter
aspicias, benignus illustres; pietatis
tuæ rose sanctifices: ut ubicumque
fuerit aspersa, per invocatione sancti
tui nominis, onanis infeltatio immun-
di spiritus abigatur; terrorque vene-
nosi serpentis procul pellatur, & præ-
sentia sancti Spiritus nobis misericor-
diam tuam poscentibus ubique adesse
dignetur. Per Dominum nostrum, &c.
in unitate ejusdem Spiritus, &c.

Benedictio Dei omnipotentis, Pa-
tris, & Fi-
lij, & Spiritus
Santi,
descendat, & maneat super hanc crea-
turam

turam salis, & aquæ. Amen.

Benedictione finita dicat Sacerdos Vesperas Defunctorum cum sequentibus Orat.
Deus qui inter Apostolicos. Deus veniæ largitor, & Fidelium si placuerit.

Minister, seu Sacerdos incipiat conjurare nubes, dicendo sic cum magna fiducia.

*Aquila em-
piezant
Conjura.* Titulos triumphalis Domini nostri
Jesu Christi ecce ✠ Crucem Domini,
fugite partes adversæ, vicit leo de Tri-
bu Iudæ radix David, Alleluia, Alleluia

Salva nos Christe, Salvator mundi,
per virtutem Cru ✠ cis, qui salvasti
Patrum in mari, miserere fructibus
istis. Amen. Per signum Cru ✠ cis de
inimicis ✠ nostris libera ✠ nos Do-
minus Deus noster.

*Postea Minister seu Sacerdos ejiciat
aquam benedictam de Sabbato Sancto, aut
Sabbato Spiritus Sancti cum aqua Domi-*

nica

15

nicali , ut ait *D. Vicentius Ferrerius.*

Patronos nostros inclytos veneremur Valerium, utrumque Vincentium; quorum nos alter prædicatione, & alter ortu illustravit adversus præfides per regna, & vincentes à Domino coronati sunt.

OREMUS.

DEus triumphantium decus, & corona, qui Valerium, & utrumque Vincentium Regno Aragoniæ præfeciste, quod suis meritis, unus nativitate, & alter prædicatione consecrarunt, concede quæsumus, eorum nos & exemplo instrui, & patrocinio defendi. Per Christum Dominum, &c.

EXORCISMUS.

Iesus Christus, Rex gloriæ, venit in pace, Deus homo factus est,

B

&

& Verbum caro factum est , Chris-
 tus ✠ vincit , Christus ✠ regnat,
 Christus ✠ imperat , Christus ab om-
 ni malo nos defendat : Barbara Virgo
 Dei, modo memento mei.

Antiphona.

Veni Sponsa Christi , accipe coro-
 nam , quam tibi Dominus præpara-
 vit in æternum.

℣. Specie tua , & pulchritudine tua.

℞. Intende, prosperè procede, & regna.

OREMUS.

DEus, qui inter cœtera poten-
 tiæ tuæ miracula , etiam in
 sexu fragili victoriam martyrii contu-
 listi : concede propitius , ut qui Beatæ
 Barbaræ Virginis , & Martyris tuæ
 commemorationem colimus , per ejus
 ad te exempla gradiamur. Per Domi-
 num , &

Con-

CONTRA grandines, verò, & tem-
 pestates, ultra ea, quæ de lig-
 no Crucis erecto, factò ex arboribus,
 aut floribus benedictis in die Palma-
 rum, vel in die Sancti Petri Martyris,
 positas intra campos, & vineas, &c.
 hoc remedium practicatur: lapilli
 enim tres ex grandine in igne, sub in-
 vocatione Sanctissimæ Trinitatis,
 subjiciantur, & oratio Dominica cum
 salutatione Angelica bis, aut ter ad-
 jungitur, atque Evangelium Sancti
 Ioannis: *In principio erat Verbum, &c.*
 cum signo ✠ Crucis, undique contra
 tempestatem ante, & retro, & ex
 omni parte terræ subinfertur, & tunc
 cum in fine sis, replica ter: Ver-
 bum ✠ caro factum est, Verbum
 caro ✠ factum est, Verbum caro ✠

B 2

fac-

upna
Malleus malefic. p. 2. q. 2. cap. 7.

factum est. Et ter per Evangelica dicta ✠ fugiat tempestas ista, per Evangelica dicta fugiat ✠ tempestas ista, per Evangelica dicta ✠ fugiat tempestas ista.

Subito siquidem tempestas ista ex maleficio fuit procurata, cessabit. Hæc verissima experimenta, nec suspecta judicantur. Hoc ipsum enim, quod lapilli in ignem projiciuntur si absque invocatione Divini nominis fieret, superstitiosum censeretur.

CONJURATIO.

A Djuro vos grandines, & ventos, per quinque vulnera Christi, & per tres clavos, qui ejus manus, & pedes perforarunt, & per quatuor Evangelistas, Sanctos, Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem.

nem, ut in aquam resoluti descenda-
ris, & nullum damnum faciatis.

EXORCISMUS.

Iesus Christus, Rex gloriæ venit in
pace. Deus homo factus est, &
Verbum caro factum est, Christus ✠
vincit, Christus ✠ regnat, Christus
✠ imperat, Christus ✠ ab omni
malo nos defendat, Barbara virgo
Dei modo memento mei.

Añã. Veni Sponsa Christi, accipe
coronam, quam tibi Dominus præ-
paravit in æternum.

Ÿ. Specie tua, & pulchritudine tua.

R̄. Intende, prosperé procede, & regna.

OREMUS.

Deus, qui inter cœtera potentia
tuæ miracula, etiam in sexu
fragili victoriam martyrij contulisti,
concede propitius, ut qui Beatæ Bar-
ba-

baræ Virginis, & Martyris tuæ commemorationem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

POSTEA SACERDOS, SIVE MINISTER genuflexus dicat Litaniam, vt sequitur cum magna fiducia.

K Yrie eleyson. Christe eleyson,
Kyrie eleyson. Christe audi
nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miser.

Spiritus Sancte Deus, miser.

Sancta Trinitas unus Deus, miser.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, ora.

Sancta Virgo Virginum, ora.

Sancte Michael, ora.

Sancte Gabriel, ora.

Sancte Raphael, ora.

Sancte

Sancte Angele Custos hujus po-
puli, ora.
Omnes Sancti Angeli, & Ar-
changelii, orat. pro.
Omnes Sancti Beatorum Spirituum
ordines, orate pro.
Sancte Joannes Baptista, ora.
Omnes Sancti Patriarchæ, &
Prophetæ, orate pro.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannis, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.

Sanc-

Sancte Thadæ,	ora.
Sancte Mathia,	ora.
Sancte Barnaba,	ora.
Sancte Luca,	ora.
Sancte Marce,	ora.
Omnes Sancti Apostoli, &	ora.
Evangelistæ,	orate pro.
Omnes Sancti Discipuli Do-	
mini,	orate pro.
Omnes Sancti Innocentes,	orate pro.
Sancte Stephane,	ora.
Sancte Laurenti,	ora.
Sancte Vincenti,	ora.
Sancti Fabiane, & Sebastiane,	orat. pro.
Sancti Joannes, & Paule,	orate pro.
Sancti Cosma, & Damiane,	orate. pro.
Sancti Gervasij, & Prothasi,	orat. pro.
Omnes Sancti Martyres,	orate pro.
Sancte Sylvester,	ora.
Sancte Saturnine,	ora.

Sanc-

Sancte Line,	ora.
Sancte Clete,	ora.
Sancte Clemens,	ora.
Sancte Gregori,	ora.
Sancte Ambrosi,	ora.
Sancte Augustine,	ora.
Sancte Hieronymus,	ora.
Sancte Valeri,	ora.
Sancte Brauli,	ora.
Sancte Martine;	ora.
Sancte Nicolae,	ora.
Omnes Sancti Pontifices, & Con-	
fessores,	orate pro.
Omnes Sancti Doctores,	orate pro.
Sancte Antoni,	ora.
Sancte Benedicte,	ora.
Sancte Bernarde,	ora.
Sancte Dominice,	ora.
Sancte Francisce,	ora.
Sancte Paule Eremita,	ora.

Sancte

Sancte Onufri,	ora.
Sancte Antoni de Padua,	ora.
Sancte Didace,	ora.
Sancte Nicolae Tolentine,	ora.
Sancti Abdon, & Senen,	orate pro.
Omnes Sancti Sacerdotes, & Levitæ.	orate pro.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ,	orate pro.
Sancta Anna,	ora.
Sancta Maria Magdalena,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lucia,	ora.
Sancta Catharina,	ora.
Sancta Anastasia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Monica,	ora.
Sancta Helena,	ora.
Sancta Ursula,	ora.

Sancta

Sancta Barbara, ora.
 Sancta Birgitta, ora.
 Sancta Quiteria, ora.
 Sancta Martha, ora.
 Sancta Catharina Senensis, ora.
 Sancta Patientia, ora.
 Sanctæ Nunnillo, & Alodia, orate pro.
 Omnes Sanctæ Virgines, &
 Viduæ, orate pro.
 Omnes Sancti, & Sanctæ Dei,
 intercede, orate pro.

*Si nondum recesserit, vel quieverit tem-
 pestas, dicat, ut sequitur.*

K Yrie eleyson, Christe eleyson,
 Kyrie eleyson, Christe audi-
 nos, Christe exaudinos.

Pater de Coelis Deus, miserere nobis.
 Jesu Nazarene Rex Judæorum, qui
 passus es pro nobis, miserere.

Spi-

Spiritus Santæ Deus, miserere.

Sancta Maria, Mater Christi, intercede pro nobis ad Dominum nostrum Jesum Christum, ut liberet nos à tempestate ista.

Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, & omnes virtutes cœlorum, custodito Parrochiam istam, & terminos hujus populi cum messibus, & alijs fructibus, ut tempestas ista non possit cadere super illos. Amen.

Omnes Sancti Apostoli, & Evangelistæ orate pro nobis ad Dominum Jesum Christum ut liberet nos de ista tempestate. Amen.

Omnes Sancti Martyres, orate pro nobis ad Dominum Jesum Christum, ut liberet nos à fulgure, grandine, & ab omni mala tempestate. Amen.

Omnes Sancti Pontifices, & Confes-

23
fessores, orate pro nobis ad Domi-
num Jesum Christum, ut defendat
nos ab imminente tempestate pericu-
losa. Amen.

Omnes Sanctæ Virgines, Conti-
nentes, & Viduæ intercedite pro no-
bis ad Dominum Jesum Christum ut
liberet, & defendat nos, & terminos
nostros a fulgure, grandine, nebula,
& ab alia quacumque aeris tempest-
tate. Amen,

Propitius esto. Exaudinos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
A fulgure & tempestate. Libera nos
Domine.

Per Crucem ✠ & Passionem tuam,
Libera nos Domine.

Per Deum vivum, & immortalem
✠ Per Deum verum ✠ Per Deum
sanctum ✠ præcipio vobis ut receda-
tis

tis à terminis nostris , & nihil mali
faciatis. Amen.

Per myſterium Sanctæ Incarnatio-
nis Jeſu Chriſti , ac per ejus Nativi-
tatem , & Jejunium ipſius , præcipio
vovis , ut non habeatis poteſtatem
mittendi grandinem ſuper hunc ter-
minum. Amen.

Per hoc ſignum ✝ ſanctæ Crucis
Domini noſtri Jeſu Chriſti , qui paſ-
ſus eſt pro ſalute noſtra & à mortuis
reſurrexit , & in cœlum aſcendit ,
& inde venturus eſt judicare vivos , &
mortuos , & ſæculum per ignem ,
præcipio vovis , ut fugientes relinqua-
tis nobis imbrem , & aquam meli-
ſſimam ad irrigandum terminum iſ-
tum. Amen.

In die iudicij. Te rogamus aus-
di nos.

Vt

28
Vt nos locum, & terminum istum,
& omnes in eo visitare; & conser-
vare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare, & conser-
vare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt Has grandines à dæmonibus
incitas in aquam resolvere digneris.
Te rogamus audi nos.

Vt has grandines annihilare, & à
partibus fidelium depellere, & effu-
gare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt grandines benedicere, & divi-
dere digneris. Te rogamus audi nos.

Vt has grandines disperdere, &
destruere digneris. Te rogamus audi
nos.

Vt hanc tempestatem ventorum,
aeris & nubium benedicere digneris.
Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudi digneris. Te roga-
mus audi nos. Fili

Fili Dei. Te rogamus audi nos:
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
 di, miserere nobis.

Ÿ. Sancta Maria, & omnes Sancti, &
 Sanctę Dei intercedant pro nobis
 ad Dominum Jesum Christum.

Rz. Ut digni efficiamur promissio-
 nibus Christi.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam;

Rz. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

Rz. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui nos concedis per glo-
 riosissimam Mariam Matrem
 tuam, & per omnes Sanctos
 Martyres, Confessores, atque Sanc-
 tas Virgines commemorationem age-
 re, da nobis, eorum meritis, & pre-
 cibus

27
cibus in præsentî vita à fulgure, &
grandine, nebula, & ab omni malo
liberari, & in æterna beatitudine
de eorum societate gaudere. Per Chris-
tum Dominum nostrum. Amen.

EXORCISMI, ET PEREMPTO-
rium fortissimi, & efficacissimi
ad expellendos dæmones,
& tempestatem,

*Sacerdos, seu Minister ejiciat primum
aquam benedictam, dicendo.*

Signum salutis pone Domine in
fructibus istis, & non permittas
introire Angelum percutientem
in fructibus istis, sed de cœlo po-
ne signum tuum Domine in eis, &
protege eos, & non erit in eis pla-
ga nocens.

Ÿ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus voviscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

EXaudi nos Domine sancte Pater Omnipotens æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes fructus in his agris, vel vineis existentes, vel convenientes in isto loco, sive termino nostro. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizote ✠ dæmon, & nubes, seu nebulas cum malitia vestra, per dolores Beatissimæ Mariæ, quæ in passione

sione

sione dilectissimi sui Filij Jesu Chris-
 ti , cujus pertransierunt animam &
 fugientibus Apostolis , ante Crucem
 stetit , piisque expectavit oculis filij
 vulnera. Præcipio ✠ tandem , tibi
 maledicte, ut recedas à termino isto, &
 nihil malifacias , per Mariam fontem
 supernæ gratiæ , & armarium omnium
 divitiarum sapientiæ , et scientiæ Dei.
 Fugo te , per Mariam principium nos-
 tri amoris , & recuperationem perdi-
 ti Orbis. Præcipito te ✠ in barathrum,
 per Mariam sagittam contra serpen-
 tem antiquam , & æternæ mortis fi-
 delium vivificatricem. Disperdo te ✠
 per Mariam fontem periculosi hujus
 mundi, & flumimis , & portam para-
 dyssi. Proterno te ✠ per Mariam fide-
 lissimam Advocatam ante nostrum
 Judicem , & aquam mellifluam, quæ

C 2

dat



dat bibere omni sitiēti. Adjuro vos tandem , ut ab isto nostro termino fugam paretis , per Mariam lignum vitæ , plantatum in medio paradyſi, proferens benedictum fructum , & per ipsam Mariam Arcum fœderis ſempiterni , poſitum in nubibus cœli, ne interficiatur omnis caro. Conſtringo te ✕ per virginitatem B. Mariæ , quæ fuit virgo ante partum , & in partu , & poſt partum : ita Domina noſtra miſerearis nobis & à poteſtate inimici noſtri , & à fulgure , & vi procelarum , omnique aerea tempeſtate nos , & terminos noſtros defendat. Amen.

O maligne Satana adhuc in oſtinatione permanes ? pejor es cunctis damnatis nam Rex Antiochus dixit : Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo , & Judas

das tradidit sanguinem Justum, Pi-
 latus verò dixit: Nullam invenio in
 eo causam, & innocens sum à sangui-
 ne Justii hujus: tu verò calcitrans sub
 animabus horum eris. De mandato
 ergo Sanctissimæ Trinitatis, Patris, ✠
 & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ins-
 tante preciosissimo sanguine Domini
 nostri Jesu Christi: Præcipio te ut si-
 ne ulla mora, & excusatione, exeas
 realiter, cum consortibus, & sequaci-
 bus tuis à maleficijs juxta mandatum
 præstitum fugias, & recedas, statim
 de hoc termino nostro, vel regione
 ista, & vadas ad locum tibi deputa-
 tum, & ad eum non amplius recur-
 surus relinques eum sine læsione fruc-
 tum, arborum, vinearum, aut cujus-
 cumque creaturæ, ad servitium homi-
 num ordinatum. Amen ✠ Amen ✠
 Amen ✠ Jesus.

Sig-

Signet nubes cum Cruce , & dicat.

Christus ✠ vincit , Christus ✠ regnat , Christus imperat , ✠ Christus ✠ à fulgure , & tempestate , & ab omni malo nos defendat , & fructus , ac terminum istum , & fideles omnes defendat. Amen.

Elevet Crucem , & dicat :

Ecce Crucem ✠ Domini , fugite partes adversæ , vicit leo de Tribu , &c.

Deinde dicat.

Kyrie eleyson , Christe eleyson , Kyrie eleyson Pater noster.

✠. Et ne nos inducas , &c. R. Sed libera nos , &c.

Postea incipiat Antiphonam , Fuge maledicte , ut inferius , & dicat

Psalmm.

IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : transmigra in mon-

montem sicut passer.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: justus autem quid fecit?

Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes ejus.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: palpebræ ejus interrogant filios hominum.

Dominus interrogat justum, & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Pluet super peccatores: laqueos ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

Quoniam justus Dominus, & justitias dilexit: æquitatem vivit vultus

ejus. Gloria Patri, &c.

Re-

Repete Antiphonam.

Fuge maledicte, cum sequacibus
tuis, & dissolve colligationes
impietatis tuæ, in nomine Dei pa-
tris, ✠ solve fasciculos deprimentes
in nomine Dei ✠ Filij, recede à tem-
pestate ista, & à termino nostro, in
nomine Spiritus ✠ Sancti. Amen.

✠. Ejiciet vos à facie sua.

R. Tanquam pulverem, quem proji-
cie ventus à facie terræ.

✠. Perit memoria vestra cum sonitu.

R. Et Dominus in æternum permanet.

✠. Exaudi Deus, & disperde istos,
qui volunt contaminare terminum
istum.

R. Et deduc in puteum interitus.

✠. Effunde framea, & conclude ad-
versus hos dæmones, qui volunt
destruere terminum istum.

R. Erue eos protector meus Domine.

ψ. Domini exaudi &c. R. Et clamor meus &c.

ψ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

IN te est refugium Domine Jesu
 Christe , Fili Dei vivi , Salvator
 mundi , qui suscipis preces Sancto-
 rum , quem deprecamur , ut interces-
 sione Sanctæ Dei genitricis Matris
 tuæ , et omnium electorum tuorum,
 libera nos , et terminos nostros , no-
 bis commissos , ab ira tua , et ab om-
 ni tribulatione , et præsentis angustia,
 et futura , et maligna tempestate , no-
 bisque ad te clamantibus , gratiam
 tuam clementer infunde. Qui vivis,
 et regnas cum Deo Patre , et in uni-
 tate Spiritus Sancti Deus. Per omnia,
 &c. Amen. In



In nomine Sanctæ Trinitatis, maledicti, atque damnati, vos ejicio, et maledico, et anathematizo, ut sitis à Deo maledicti, et per ejus Sanctissima nomina, Agios ✠ Amen, Yschiros ✠ Amen. Otheos ✠ Amen, Athanatos ✠ Amen, Iehova ✠ Amen, Emmanuel ✠ Amen, Eleyson ✠ Amen. et per alia multa nomina vos fugo à termino isto, et tandem maledicti sitis in qualibet parte hujus termini nostri, vel in quibuscumque nubibus cœli sitis, et ubi futuri estis, et omnes pœnas, et afflictiones amaras valde, quæ dici aut excogitari, aut haberi possunt in nomine Jesu Christi super vos irruant, et semper excrucient, donec exieritis de nubibus istis, & à termino nostro. Iterum præcipio vobis, & fugo vos maledictos:

ut recedaris à nobis , & á possessionibus nostris , & ab omnibus terminis nobis comisissis , per hoc signum Sanctæ ✠ Crucis , quod vobis apponimus , maledicti , atque damnati , nunquam audeatis contemnere , aut violare , præstante Domino nostro Jesu Christo , qui venturus est , &c.

Dicat cum Cruce.

Christus ✠ sit nobiscum , Christus ✠ nobiscum sit ad dexteram , Christus ✠ sit ad sinistram , Christus ✠ sit ante nos , & post nos , Christus ✠ nobiscum sit super nos , Christus ✠ à fulgure , & tempestate , & ab omni malo nos , & fructus , & terminum defendat. Amen.

Et aspergat aqua Benedicta.

Circundet te nubes Deus ✠ Pater , circundet te nubes Deus ✠

Fi-

Filius , circundet te nubes Deus ✠ Es-
piritus Sanctus. Amen.

Et eleuet Crucem , & dicat.

Ecce Crucem Domini , fugite par-
tes adversæ , vicit leo de tribu Judà ,
&c.

Deinde dicat.

Kyrie eleyson , Christe eleyson , Ky-
rie eleyson , Pater noster. Et ne nos
inducas , &c.

Aña. Confusi recedite , ut inferius.

Psalm.

DEus in adiutorium meum in-
tende : Domine ad adjuvan-
dum me festina.

Confundantur , & revereantur , qui
quærunt animam meam.

Avertantur retrorsum , & erubef-
cant : qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescetes:
qui

qui dicunt mihi : Euge , Euge.

Exultent, & lætentur in te omnes , qui
quærunt te : & dicant semper : Mag-
nificetur Dominus , qui diligunt salu-
tare tuum.

Ego verò egenus , & pauper sum.
Deus adjuva me.

Adjutor meus , & liberator meus
es tu : Domine ne moreris. Gloria
Patii , &c.

Repetat Antiphonam.

CONfusi recedite perversi à termi-
no isto , in nomine Jesu Chris-
ti , ut cum gaudio hæ creaturæ , quæ
in termino habitant , remaneant sine
læsione Satanæ ; & fructus libera eo-
rum à fulgure , grandine , nebula , &
ab alia , quacumque aeris tempestate.
Amen Jesus.

ψ. Fuge procul, sicut rapitur pulvis
montium á facie venti.

℞. Et sicut turbo coram tempestate.

ψ. Vives in malitia, & opere malo.

℞. Ut crucieris perpetuo.

Domine exaudi, &c. Et clamor
meus, &c. Dominus vobiscum. Et
cum spiritu tuo.


Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus
libera nos, & terminos nostros,
á tempestate ista imminente, & mitte
nobis in auxilium sanctos Angelos
tuos, qui omnes malignos spiritus,
& grandinem faciant ire ad locum,
ubi nocere non possint, & Sancti Spi-
ritus gratiam cordibus nostris clemen-
ter infunde. Per Christum Dominum
nostrum. Amen.

CON.

41

CONJURATIO.

R Ecede igitur maledicte dæmon
de nubibus cœli, per amorem
Sanctorum omnium erga suum condi-
torem, quem indefessis vocibus lau-
dant dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanc-
tus, Dominus Deus omnipotens, quia
propter magnam misericordiam suam
liberavit nos ab ore draconis, & per
omnia alia, quibus potes constringi
in virtute Dei, te cogo, ut vadas ad
loca deserta, statim sine mora: & per
hoc signum sanctæ  Cruéis, quod
ego appono, tu maledicte diabole
numquam audeas violare, neque in
nube præsumas amplius stare, per
potestatem Domini nostri Jesu Chris-
ti, qui positus fuit in ligno sanctæ
Cru~~is~~is, & ibi pro nostra salute
mori voluit: descendens ad inferos

(di-

(dixit: Attolite portas Principes vestras, & elevamini portæ æternales) & ibi ligavit Luciferum: ita in virtute ejusdem Domini nostri Jesu Christi potentissimi Salvatoris nostri, ego ligo omnem potentiam tuam, & omnium potentium tuorum sociorum, existentium in termino isto, ita, ut non habeas, neque habeatis virtutem, neque potestatem nocendi nobis, & fructibus termini nostri, neque alicui creaturæ in nomine Sanctæ Trinitatis. Amen Jesus.

Signet eas signo Crucis, & dicat.

Christus vincit, ✠ Christus ✠ regnat, Christus imperat ✠ vobis nubibus, ut dissolvamini, & non noceatis.

Aspergat aqua benedicta, & dicat.

Anihilet vos nubes Deus ✠ Pater,
ani-

43

anihilet vos Deus ✠ Filius , anihilet
vos Deus Spiritus ✠ Sanctus. Amen.

Elevata Cruce dicat.

Ecce Crucem Domini nostri Jesu
Christi, fugite partes adversæ, vici-
leo de Tribu Judà radix David, Alle-
luia.

Kyrie eleyson. Christe eleyson.
Kyrie eleyson. Pater noster. *ψ.* Et
ne nos, &c. *℞.* Sed libera nos, &c.

Antiphona.

Averte mala inimicis meis, & in
veritate tua disperde illos.

Psalm.

DEus in nomine tuo salvum me
fac: & in virtute tua judica me:
Deus exaudi orationem meam: au-
ribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt ad-
versum me, & fortes quæsierunt ani-

D

man

mam meam : & non proposuerunt
Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : &
Dominus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis : & in
veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi : & con-
fitebor nomini tuo Domino , quo-
niam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me ; & super inimicos meos
despexit oculus meus. Gloria Patri,
&c.

Quo finito dicat Antiphonam.

Averte mala inimicis meis , & in
veritate tua disperde illos.

ÿ. Exurge Christe adjuva nos.

R. De manu Angeli percutientis.

ÿ. Non aliud refugium , nisi in te
speramus Christe.

25
R. Precibus Sanctorum tuorum libera
habitatores in hoc termino nostro
V. Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS:

OMnipotens sempiternus Deus,
Pater Domini nostri Jesu
Christi, respicere digneris ad preces
famuli tui, & omnium famulorum
tuorum, & conserva patriam istam,
& terminos nostros, & nobis com-
missos, & per intercessionem om-
nium Sanctorum, & Sanctarum, li-
bera eos à maligna turba, & caterba
falsa, & à tempestate diabolica, &
prohibe, ut in terminos istos, & mihi
commissos intrare non possint, nec

D a

ali-

aliquod eis facere malum, vel inferre.
Per Dominum nostrum, &c.

EXORCISMUS.

EXorcizo vos diabolos si hic estis,
& nubes malas, & mala omnia quaecumque nociva habetis, vel habere possitis: ligo vos per Patr ✠ em omnipotentem: ligo vos per Jesum ✠ Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum: ligo vos per Spiritum ✠ Sanctum, ut non habeatis potestatem, neque licentiam jactandi grandinam, & malitiam vestram in terminos nostros, & mihi committos, neque per diem, neque per noctem; sed ut eatis in locum desertum, ubi malum non faciatis alicui rei, et ibi relaxetis tempestatem, et malitiam vestram, et ibi sitis ligati, ut nulli nocearis. Adjuro vos, et ligo vos diabolos,

los, et nubes malas cum grandine per eum, qui cuncta vivificat, et benedicit: per eum cujus creaturæ estis, cui obediunt omnia, ut non noceatis nobis, nec terminis nobis commissis, sed ut dispergami per potentiam ejus, et vos nubes convertami in aquam bonam, et salutiferam, quæ nocere non possit fructibus terræ. Per eum qui venturus est judicare, &c.

Signet eas signo Crucis, & dicat.

Christus ✠ vincit, Christus ✠ regnat, Christus ✠ imperat, Christus ✠ ab omni malo, et à fulgure, et tempestate, et à malignitate temporis nos defendat. Amen.

Et aspergat aqua benedicta, & dicat:

Dissolvat vos nubes Deus ✠ Pater, dissolvat vos nubes Deus ✠ Filius, dissolvat vos nubes Deus ✠ Spiritus Sanctus. Amen.

Deinde

Deinde dicat.

KYrie eleyson , Christe eleyson,
Kyrie eleyson. Pater noster:
Et ne nos , &c. Sed libera nos à malo.

Psalmus.

Quid gloriaris in malitia , qui
potens es in iniquitatè?

Tota die iniquitiam cogita-
vit lingua tua : sicut novacula acuta
fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benigni-
tatem : iniquitatem magis , quam
loqui æquitatem.

Dilexisti omnia verba præcipita-
tionis ; lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem ;
evellet te , & imigravit te de taber-
naculo tuo , & radicem tuam de terra
viventium.

Videbunt iusti , & timebunt , & su-
per

49

per eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deo adiutorium suum.

Sed speravit in multitudine divitiarum suarum: & prævaluit in vanitate sua.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum. Gloria, &c.

Quo finito dicat Antiphona. Ut sequitur.

Verbum Caro factum est, in ara Sanctæ Cru[✠] cis mundum pretioso sanguine redimere dignatus est, sic in virtute Sanctæ Cru[✠] cis ab omnibus infestationibus diaboli
nos

nos liberet, & terminum istum, à fulgure, & grandine, nebula, & ab omni aere malo. Amen.

ψ. Propterea destruet te Deus in finem, eluet te de tabernaculo tuo.

℞. Et radicem tuam de terra viventium.

ψ. Confringe hos Jesus Christus.

℞. Et in nomine tuo cadant sub pedibus meis, aut nostris.

ψ. Effunde super hos iram tuam.

℞. Et furor iræ tuæ conculcet eos.

ψ. Domine exaudi orationem meam,

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ. Dominus vobiscum.

℞. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe Fili Dei vivi, qui pro salute humani generis mortis supplicium pertulisti;

ne

ne respicias peccata , & iniquitates nostras , qui licet indigni , cogimur clementiam tuam inmensam pro alijs orare : sed per ineffabilem virtutem tuam exaudi nos pro fructibus terræ ut non deleantur , & per custodiam omnium sanctorum Angelorum tuorum , salvos fac servos tuos , & fructus terræ : & præsta ; ut sint ligatæ , & contritæ , & interdictæ omnes nubes malæ , & omnes diaboli , & omnes malitiæ eorum , per virtutem , & Potentiam tuam. Qui vivis , & regnas , &c.

EXORCISMUS.

IN nomine Sanctissimæ Trinitatis, ligo ✠ vos diabolos , & nubes malas , per Patrem ✠ & Filium , ✠ & Spiritum ✠ Sanctum , ligo

VOS

vos ✠ per Sanctam Mariam Matrem
 Domini nostri Jesu Christi, ligo
 vos ✠ per omnes Angelos, & vir-
 tutes cœlorum, ligo vos ✠ per Apof-
 tolos, Martires, Confessores, Virgi-
 nes, & viduas, ligo vos ✠ per Cru-
 cem Domini nostri Jesu Christi, li-
 go vos ✠ per mirabilia, que fecit
 Deus in cœlo & in terra, in mari,
 & infernis, ut non possitis in termi-
 nos nostros, & nobis commissos ad-
 ducere grandinem, neque tempesta-
 tem, neque nebulam malam, quæ
 fructibus terræ aliquod malum pos-
 sint inferre, Præcipio, ut ✠ vos
 omnes diaboli maledicti, si qui ades-
 tis cum tempestate, & malitia ves-
 tra, separetis vos cum nubibus ma-
 lis, & crepetis per medium, sicut
 crepuit draco ante pedes Sanctæ Mar-

garitæ virginis , & detis honorem
 Deo viuo , & vero , qui omnia
 creavit ex nihilo , cui Angeli , &
 Archangeli , Throni , & Domina-
 tiones , cum omni militia cœlestis,
 exercitus incessabili voce procla-
 mant , Sanctus , ✠ Sanctus , ✠ San-
 ctus Dominus Deus Sabaoth , pleni
 sunt cœli , & terræ gloria tua , Osa-
 na , in excelsis. Adjuro vos ✠
 maledictos , & blasphemos , qui eiec-
 ti estis de consortio Angelorum per
 æternitatem Sanctissimæ Trinitatis ,
 Patris , ✠ & Filij , ✠ & Spiritu Sancti ,
 Amen.

Audite aspides Tartarei , balcuia
 impiorum , montes superbiæ , aves
 mordentes , & dæmones condensan-
 tes grandines , & ventos , concitantes
 vapores. Expello vos ✠ & privo
 vos

vos ✠ à vaporibus termini istius,
 & constringo ✠ vos, ut cito abeatis de
 nubibus istis, quas video ante me, &
 post me positas, & in locum desertum,
 & incultū dispergatis, & destruatis ma-
 liciam vestram. Quid moramini? Quid
 reluctamini? Abite cito inimici nos-
 tri; in nomine nostri Jesu Christi Na-
 zareni de quacumque istarum nu-
 bium, & terminis nostris in nomine ✠
 Patris, & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sanc-
 ti. Amen.


Postea signet eas signo Crucis.

Christus ✠ vincit Christus ✠
 regnat Christus ✠ imperat,
 Christus ✠ ab omni malo nos, &
 fructus defendat.

Aspergat aqua benedicta,

Dividat vos nubes Deus ✠ Pa-
 ter, dividat vos nubes Deus ✠

Fi

Filius , dividat vos nubes Deus 
Spiritus Sanctus.

Elevet Crucem , & dicat.

ECce Crucem Domini , fugite
partes adversæ , vicit leo de
Tribu Judà , radix David , alleluia.

Deinde dicat.

KYrie eleyson. Christe eleyson.
Kyrie eleyson. Pater noster,
v̄. Et ne nos, &c.

Et dicat Antiphonam.

Arcum conteret , & confringet
arma , & scuta comburet igni.

DEus noster refugium , et vir-
tus : adjutor in tribulationi-
bus , quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum
turbabitur terra : et transferentur
montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatae sunt aquae
eorum: conturbati sunt montes in
fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat Civita-
tem Dei: sanctificavit Tabernaculum
suum Altissimus.

Deus in medio eius non commove-
bitur: adjuvabit eam Deus in ac-
censione diluculo.

Conturbatae sunt gentes, et incli-
nata sunt regna: dedit vocem suam,
mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: sus-
ceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini,
quae possuit prodigia super terram:
auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet
arma: et scura comburet igni.

Vacare, et videre quoniam ego
sum

57

Sum Deus : exaltabor in genibus, et
exaltabor in terra.

Dominus virtutem nobiscum : sus-
ceptor noster Deus Jacob. Gloria Patri.

Quo finito repetat Antiphonam.

Arcum conteret, et confringet arma;
et scuta comburet igni.

Ÿ. Expectabam Deum.

R. Qui salvum me fecit à pusillani-
mitate spiritus, et tempestate.

Ÿ. Sed Deus conteret dentes vestros
in ore vestro.

R. Molam leonum confringet Domi-
nus.

Ÿ. Domine exaudi. R. Et calor meus.

Ÿ. Dominus vobiscum. R. Et cum-
spiritu tuo.

Oremus.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus
Jacob, Deus qui Moyse famulo
in

tuo in monte Sinai apparuisti, et Filios
 Israel de terra Ægypti eduxisti, de-
 putans eis Angelum pietatis tuæ,
 qui custodiret eos die, ac nocte, re-
 quæsumus, ut mittere digneris sanc-
 tum Angelum tuum de cœlis, qui
 ab omni tempestatis incurſu nos, et
 terminum nostrum custodiat. Per
 Christum Dominum nostrum.

EXORCISMVS.

A Djuro vos malignos dæmones,
 qui naturalia principia, & ae-
 reas impressiones, ex quibus morta-
 libus omnibus, diversimoda benefi-
 cia operatur Deus; ausi estis in con-
 summatione nequitix vestræ, conver-
 tere ventos, concitantes, vapores
 congregantes, nubes componentes,
 & grandines condensantes, per
 De-

Deum ✠ Patrem omnipotentem,
 per Dominum Jesum Christum ✠
 Filium eius unigenitum, & Spiritum ✠
 Sanctum, per Beatissimam
 Mariam Matrem ejus, ✠ & per omnes
 Evangelistas, ✠ & per omnes
 Prophetas ✠ vos conjuro, & con-
 tringo malignos spiritus, cum horri-
 bili nubis aeris, vel aquæ aparitio-
 ne, in nomine sanctissimæ Trini-
 tatis, ut fiat nobis nubes torrida,
 aqua salutaris, aura serena: etiam
 per virtutem Apostolorum, Marty-
 rum, Confessorum, atque Sancta-
 rum Virginum, vos exorcizo dæmo-
 nes, ut non habeatis potestatem,
 neque licentiam, stare in nubibus istis,
 nec mittere grandinem super
 hunc terminum nostrum, & iterum
 adjuro vos dæmones in omni loco

E

exif-

existentes , in quibus Deus mirabilis , & gloriosus apparet , sive in cœlestibus Hierarchijs , sive terrestibus Ordinibus , quatenus acceptum opus relinquentes , grandinem dissolvatis , nubes destruatís , vapores dispergatis , & ventos cohibeatis , per Deum , qui æqualem non habet in nubibus , nec in Filiis Dei similem , & vivet & regnat semper. Amen Jesus.

Postea dicat Antiphonam.

Iesu Christe Salvator mundi libera nos & protege terminum istum , & sis in adjutorium meum , ut antiquus hostis diabolus fugiat , & recedat á me , & à fructibus istius termini. Amen.

Oratio.

Domine Jesu Christe Salvator mundi qui tua dextera , &

gu-

84

gubernatione voluisti nostram carnem
assumere : Rogamus te , ut terminum
nostrum , creaturas , quæ in eo sunt
positæ , ita defendas , ut nobis pro-
sint , & illæssas conserues , per tuam
piissimam misericordiam , qui vivis,
& regnas , &c.

CONJURATIO.

Conjuro te dæmon , & omnes
sequaces tuos , per Sanctum
Michaelem Archangelum , qui te de
cælo ejecit , per virtutem Dei quan-
do cum dracone pugnavit , & devicit
eum , ut dimittas hunc terminum,
vel locum istum , in quo nunc es , &
vadas ad locum desertum , vel in pro-
fundum abyssi , ubi nemini nocere
valeas. Conjuro ✠ te dæmon cum
omnibus tuis sequacibus , per sanc-

tum Gabrielem Archangelum , qui
nuntiavit Beatæ Mariæ Virgini adven-
tum Domini nostri Jesu Christi , &
Incarnationem ejus , quando dixit;
Ave gratia plena , Dominus tecum,
benedicta tu in mulieribus , ut audito
Verbo , festinanter recedas de nubi-
bus istis , & sine læsione hujus termi-
ni nostri. Idcirco immundissime spi-
ritus , in virtute , & potestate ipsius
summi imperatoris Jesu Christi Do-
mini nostri , te conjuro , ✠ & per om-
nia alia quibus potes constringi , liga-
ri , fugari , & cruciari , & de loco ad
locum mitti , ut quam citius exeas , &
recedas de tempestate ista , & de ter-
mino nostro cum omnibus adhæren-
tibus , & tibi fabentibus , ut mox de
ore feramus gratias pro victoria ha-
bita contra te. Quod si more tuo bes-
tia-

tialissimo , mandatis , & præceptis
 meis , tibi in virtute Dei omnipoten-
 tis factis , obedire contempseris , per
 omnia suprædicta verba , & adjuratio-
 nes , contra te conjuro ✠ Luciferum ,
 & omnes spiritus infernales , quatenus
 per virtutem Domini nostri Jesu
 Christi , & per Passionem ejus , con-
 tra te , & omnes tibi fabentes , omni
 sua ira , indignatione , & furore irruant ,
 & insurgant , & te ad infernum dedu-
 cant , & in locum duriores te præci-
 pitent , & ligent , ibi omnibus pœnis ,
 & cruciatibus acrius , & durius solito
 cruciandum , quia tantis , & tam sa-
 cratissimis , ac sanctissimis nomini-
 bus , & verbis , ac mysteriis Dei re-
 belles fuistis , & maledictio Dei om-
 nipotentis , Patris , ✠ & Filii ✠ &
 Spiritus ✠ Sancti , & ira , et indig-
 na -

natio Beatæ Mariæ Virginis, et omnium Angelorum, et Sanctorum totius Curiaë cœlestis veniant super te, aut vos spiritus ingratisimos, & omnes tibi faventes; & ego, ut minister Christi (licet indignus) tibi præcipio, inniquissime proditor, ut creaturis, & omnibus fructibus, & aliis, quæ sunt in termino; nullo modo nocere possis, per hoc signum sanctæ Crucis ✠ Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & te maledictum spiritum per ignem. Amen.

Postea dicat.

Christus vincit, ✠ Christus regnat, ✠ Christus imperat, ✠ Christus à fulgure, grandine, & ab omni persecutione dæmonum nos defendat. Amen.

Dein-

Deinde aspergat aqua benedicta.

Dissolvat vos nubes Deus ✠ Pa-
ter, dissolvat vos nubes Deus ✠ Fi-
lius, dissolvat vos nubes Deus ✠ Spi-
ritus Sanctus. Amen.

Elevet Crucem, & dicat.

Ecce Crucem Domini, fugite par-
tes adversæ, vicit leo de Tribu Iudà
radix, David, alleluia.

Deinde dicat.

Kyrie eleyson, Christe eleyson
Kyrie eleyson. Pater noster, v̄. Et
ne nos inducas, &c. R̄. Sed libera
nos, &c.

Añã. Dextera tua Domine percus-
sit inimicum.

Canticum.

CAntemus Domino gloriosè enim
magnificatus est, equum, &
ascensorem dejecit in mare.

For-

Fortitudo mea , & laus mea Domi-
nus , & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meos , & glorificabo
eum : Deus patris mei , & exaltabo
eum.

Dominus quasi vir pugnator , om-
nipotens nomen ejus : currus Pharaō-
nis , & exercitum ejus proiecit in mare.

Electi Principes ejus submersi sunt
in mari rubro , abyssi operuerunt eos,
descenderunt in profundum quasi
lapis.

Dextera tua Domine magnificata
est in fortitudine : dextera tua , Do-
mine percussit inimicum , & in mul-
titudine gloriæ tuæ deposuisti adver-
sarios tuos.

Misisti iram tuam , quæ devorabit
eos sicut stipulam , & in spiritu furo-
ris tuis congregatæ sunt aquæ

Ste-

Stetit unda fluens , congregati sunt
abyssi in medio mari.

Dixit inimicus : Persequar , &
comprehendam : dividam spolia , im-
plebitur anima mea.

Evaginabo gladium meum , inter-
ficiet eos manus mea.

Flavit spiritus tuus , & operuit eos
mare : submersi sunt quasi plumbium
in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domi-
ne? quis similis tui , magnificus in-
sanctitate , terribilis , atque laudabilis,
faciens mirabilia.

Extendisti manum tuam , & devo-
ravit eos terra : Dux fuisti in miseri-
cordia tua populo quem redemisti .

Et portasti eum in fortitudine tua,
ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi , & irati sunt:
do-

dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustus Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido, & pavor in magnitudine brachii tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine: donec pertranseat populos tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ: firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ Dominus regnavit in æternum, & ultra.

Ingressus est enim eques Pharaocum

cum curribus , & equitibus ejus in
mare ; & reduxit super eos Dominus
aquas maris.

Filii autem Israel ambulaverunt per
siccum in medio ejus. Gloria Patri.

Postea dicat Antiphonam.

Dextera tua Domine percussit ini-
micum ; & in multitudine gloriæ tuæ
deposuisti adversarios tuos.

ψ. Persequere hos inimicos nostros
Dñe.

℞. Et ego comprehendam illos.

ψ. Et comminue eos , ut pulverem
ante faciem venti.

℞. Ut lutum platearum dele eos.

ψ. Pone faciem tuam contra eos.

℞. Ita , ut fugiant , etiam nemine per-
sequente.

ψ. Domine exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

ψ.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Jesu Christe, Fili Dei
vivi, qui pro salute nostra de
cœlo descendens, & in hunc mun-
dum veniens, per signum sanctæ Cru-
cis ✠ redimere nos voluisti, & eo-
dem signo, fideles tuos contra dœ-
monum insidias muniri fecisti, qui
Ecclesiam tuam, ex omnibus genti-
bus, & populis tua gratia coaduna-
tam sanguine tuo pretiosissimo abluere
dignatus es. Tibi amplissimo Red-
emptori, supplex exposco, ut per
virtutem Sanctæ Crucis, ✠ hunc
terminum nostrum à fulgure, gran-
dine, & à persecutione dœmonum li-
berare digneris: Qui vivis, &c.

CON.

CONJURATIO.

A Djuro te dæmon , in nomine
 Agni immaculati , qui ambu-
 lat super aspidem , & basiliscum ,
 qui conculcat leonem , & draconem ;
 ut discedat tempestas aeris , &
 venti , ut grando , & nubes istæ in
 aquam resolutæ descendant ad irri-
 gandum terminum istum : contremis-
 ce , & fuge , abi retro maledicte , vi-
 so vexillo illius , quem inferi tremunt ;
 cui Virtutes cœlorum , & Potestates
 subjectæ sunt ; quem Cherubin , & Se-
 raphin indefessis vocibus laudant di-
 centes : *Sanctus , Sanctus , Sanctus*
Dominus Deus Sabaoth. Conjuro te
 dæmon , per omnia ista suprascripta ,
 & præcipio vobis , & in signo hujus
 sanctæ ✠ Crucis , quod contra vos
 facio , repentinè recedatis ab hoc ter-

mi-

mino nostro, & ab aliis mihi commif-
 sis, sine læsione alicujus hominis, ani-
 malis, aut fructus, sed per illud delea-
 mini per aerem. Amen. Imperat tibi
 Jesus Nazarenus, qui te in abyssum
 abire præcepit. Adjuro ✠ te, per
 illum qui à Joanne in Jordane bap-
 tizatus fuit, & à diabolo tentatus, ve-
 nundatus, & traditus à Judà, captus
 illuffus, flagellatus, cibatus felle, po-
 ratus aceto, & spinis coronatus, vesti-
 bus expoliatus, super cujus vestem
 sortem miserunt. Recede nunc adjura-
 tus in nomine ejus de termino isto.
 Durum est tibi Christo velle resistere;
 Durum est tibi contra stimulum calci-
 trare: quia quanto tardius de tempe-
 state ista exeas, tanto majus suplicium
 crescet: quia non homines contemnis,
 sed illum, qui est dominator vivorum,

&

& mortuorum. Qui venturus est judicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Postea incipiat Antiphonam. Dominus justus. Et dicat Psalm.

SÆPÈ expugnaverunt me à juventute mea dicat nunc Israel.

Sæpè expugnaverunt me à juventute mea : etenim non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores : prolongaverunt iniquitatem suam.

Dominus Justus concidit cervices peccatorum : confundantur, & convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.

Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit.

De quo non implevit manum suam,
qui

qui metit: & sinum suum, qui manipulos colligit.

Et nos dixerunt, qui præteribant: benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini. Gloria Patri, &c.

Quo finito repetat Antiphonam.

Dominus justus concidat cervices peccatorum, & confundantur, & pereant omnes dæmones, & nubes malæ. Amen.

Christus ✠ vincit, Christus ✠ regnat, Christus imperat, ✠ Christus ✠ ab ista tempestate nos defendat.

Et aspergat eas aqua benedicta.

Comprimat te nubes Deus ✠ Pater, comprimat te Deus ✠ Filius, comprimat te Deus ✠ Spiritus Sanctus.

Et Elevet Crucem, & dicat.

Ecce Crucem Domini nostri Jesu
Christi.

Christi, vicit leo de Tribu Judà, ra-
dix David, alleluya.

Deinde dicat.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Ky-
rie eleyson Pater noster.

Ÿ. Et ne nos inducas, &c. R. Sed
libera nos, &c.

Ÿ. Exurgat Deus, & dissipentur in-
mici ejus.

R. Et fugiant qui oderunt eum à facie
ejus.

Ÿ. Domine exaudi, &c.

R. Et clamor, &c.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Succurre nobis Domine Deus omni-
nipotens in hac necessitate nos-
tra, & sicut tua potentia, & amore
sic nos dilexisti, ut Filium tuum uni-

E

geni

genitum pro nostra salute morti traderes: sic Deus meus arctare digneris, hanc bestiam, & leonem rugientem, ad obedientiam nostram per ineffabilem misericordiam tuam, & á fulgure, & vi procellarum, omniumque aerearum tempestate, terminos nostros defendas, & adversarium nostrum diabolum, qui tanquam leo in istis nubibus rugit, & messes: & fructus terræ devorare, & depopulari conatur, compescas. In te est refugium Domine Deus, et spes nostra, & Satanam hostem crudelissimum frange. Quæsumus Domine, et illius furorem, et audaciam illiusque virtutem, et potentiam conteras, et confringas: Intonat, quæsumus de cælo altissimo tuo, emitte contra spiritualium nequitiam vocem tuam, grand-

di-

dinem, et carbones, ignis, totque
sagittas tuas, et dissipa tempestatem
istam, & conturba eam, ita ut misero-
cordia tua perveniente, auxilium
sentiamus. Per Dominum nostrum,
&c.

*Si autem per misericordiam Dei cessave-
rit, vel quieverit tempestuosum tempus,
aut quandocumque cessaverit, Sacerdos
agat gratias, ut sequitur.*

Quiescat ira tua, Domine, &
esto placabilis super nequi-
tiam populi tui, sicut jurasti
per te ipsum Sanctus Deus, Sanc-
tus fortis, Sanctus immortalis, mise-
rere, fructibus istius termini nostri à
fulgure, & grandine, & ab omni
malo nos defende. Amen.

78
V. Sicut deficit fumus, deficient, sicut fluit cera á facie ignis.

R. Sic pereant omnes dæmones, & nubes male ante faciem Populi Christiani.

V. Per signum ✠ Crucis, de inimicis nostris.

R. Libera nos Deus noster.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Perpetua nos quæsumus Domine pace custodi, quos per lignum Sanctæ ✠ Crucis redimere dignatus es. Qui vivis, &c.

Ultimo dicat per quatuor latera.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris, ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, descendat, & maneat super nos, & super fructus, & terminum nostrum. Amen.

DE

DE PROCESSIONE , ET BENE-
 dictione termini , in die Sanctæ
 Crucis mensis Maii.

IN die Sanctæ Crucis mensis Maii fit
 Processio ad locum benedictioni ter-
 mini destinatum. Et Præbyter indutus
 superpelliceo , amictu , alba , cingulo,
 stola , & pluviali , deferat Crucem in
 manibus. Et ubi commodè fieri , poterit,
 ante ipsum Præbyterum in medio Proces-
 sionis præcedant quatuor Diaconi , indu-
 ti dalmaticis : qui deinde cantent quatuor
 Evangelia. Acque ordine præmissò vadat
 Processio cantando Litaniam. Et cum
 perventum fuerit ad locum benedictionis,
 unus Diaconorum accepta benedictione à
 Præbytero versus ad Orientem dicat
 Evangelium , dicens.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R̄. Et cum spiritu tuo.

Ÿ. Initium sancti Evangelii secundum Joannem.

R̄. Gloria tibi Domine.

*Et interim Diaconus accepto thuribulo,
incensat librum Evangelii.*

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet; & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes

nes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus. Qui non ex sanguinibus: neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, et veritatis.

Quo dicto, Præbyter tenens lignum S. Crucis, vadit ad locum, ubi cantatum fuit Evangelium, & cum Diacono intonat Anam seq.

Ecce

Eccè Crucem Domini , fugite partes
 adversæ , vicit leo de Tribu Ju-
 dà , radix David , alleluia.

Qua dicta , dicat Sacerdos.

✠. Per signum Crucis de inimicis nos-
 tris. R. Libera nos Deus noster.
 ✠. Domine exaudi , &c. R. Dominus
 vobiscum.

Oremus.

Domine Sancte , Pater omnipo-
 tens , sempiternæ Deus , be-
 ne ✠ dicere dignare terminum istum ,
 quem nos indigni famuli tui , per in-
 vocationem Filii tui Domini nostri
 Jesu Christi bene ✠ dicere præsumi-
 mus : et eum , clementissime , tua
 bene ✠ dictione sanctifica , et ad pro-
 fectum , atque ad illuminationem
 sanctæ tuæ Ecclesiæ provenire conce-
 de ; Per eundem Christum Dñm nos-
 trum.

rum. *R.* Amen. *Quo dicto alius Dia-*
conus, versa facie ad Occidentem, ac-
cepta benedictione à Sacerdote, dicat.
ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum
spiritu tuo. ψ. Sequentia Sancti Evan-
gelii secundum Marcum. R. Gloria
tibi Domine. Et interim Diaconus ac-
cepto thuribulo incensat librum Evangelii.

IN illo tempore : Recumbentibus
 undecim Discipulis, apparuit il-
 lis Jesus, et exprobravit incredulita-
 tem eorum, et duritiam cordis, quia
 iis, qui viderant eum resurrexisse,
 non crediderunt. Et dixit eis : Euntes
 in mundum universum, prædicate
 Evangelium omni creaturæ. Qui cre-
 diderit, & baptizatus fuerit, salvus
 erit. Qui verò non crediderit, con-
 demnabitur. Signa autem eos, qui

etc.

crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia ejicient : linguis loquentur nobis ; serpentes tollent : & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit : super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei. Illi autem profecti prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & sermonem confirman-
te, sequentibus signis.

Quo dicto Sacerdos tenens lignum Sanctæ Crucis, vadit ab locum ubi cantatum fuit Evangelium, & cum Diacono intonet Antiphonam supradictam. Ecce Crucem Domini, qua finita dicat Sacerdos. ̄. Hoc signū erit in cœlo. Alleluia. R. Cum Dominus ad judicandum venerit, alleluia. ̄. Domine exaudi. ̄. Dominus vobiscum.

Ore.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus,
 ædificator, & custos Jerusalem
 Civitatis supernæ; ædifica, & custodi
 Civitatem, & terminum nostrum, cum
 habitatoribus suis; ut perpetuum sit in
 eis domicilium incolumitatis. & pacis:
 Per Christum Dominum nostrum. *R.*
 Amen.

*Qua oratione finita, alius Diaconus versa
 facie ad Meridiem, & accepta benedictione
 à Presbitero, dicat. V. Dominus vobis-
 cum. R. Et cum spiritu tuo. V. Sequen-
 cia Sancti Evangelij secundum Lucam.
 R. Gloria tibi Domini, Et interim Diaco-
 nus incensat librum Evangelicij,*

IN illo tempore: Missus est Gabriel
 Angelus à Deo in civitatem Galileæ,
 cui nomen Nazareth, ad Virginem des-
 ponfam viro, cui nomen erat Ioseph,
 de

de domo David, & nomē Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam, dixit. Ave gracia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus; & cogitabat qualis esset ista saluatio, Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria: invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium; & vocabis nomen ejus JESVM. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus & regnabit in domo Jacob in æternum: & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quo modo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus Sanctus superveniet in te: & virtus altissimi obumbravit tibi. Ideoque, & quod

nascetur ex te Santum vocavitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria Ecce ancilla Domini Fiat mihi secundum verbum tuum.

Quo dicto Sacerdos tenens lignum Sanctæ Crucis, vadit ad locum, ubi cantatum fuit Evangelium, & cum Diacono intonet Antiphonam supradictam.

Ecce Crucem Domini. *Qua finita dicat Sacerdos.* ψ. Nos autem gloriari oportet, alleluia. R. In Cruce Domini nostri Jesu Christi, alleluia. ψ. Domine exaudi. ψ. Dominus vobiscum.

OREMVS.

Creator omnium Deus qui semina subterram posita, multiplicare,

care, & fructificare facis, & in usus nostros misericorditer concedis: intercedente beata Dei Genitrice Maria, supplicationes nostras placatus intende, ut hæc seminum genera bene ✠ dicere, & Santi ✠ ficare tua pietate digneris. Per Christum Dominum nostrum.
R. Amen.

Quibus dictis, alius Diaconus, versa facie ad Aquilonem, & accepta benedictione à Sacerdote Dicat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo. V. Sequentia Santi Evangelij secundum Matthæum. R. Gloria tibi Domine.

Et interim Diaconus incensat, ut supra.

IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Sicut fulgur exit ab Oriente, & patet usque in Occidentem; ita erit adventus Filij hominis. Vbi-
 cumque fuerit corpus, illuc congrega-
 bua-

buntur, & aquilæ. Statim autem post
 tribulationem dierum illorum. Sol
 obscurabitur, & Luna non dabit lu-
 men suum: & Stellæ cadent de cœlo,
 & Virtutes cœlorû commovebûtur. Et
 tunc apparebit signum Filij hominis in
 cœlo. Et tunc plangent omnes tribus
 terræ, & videbunt Filium hominis ve-
 nientem in nubibus cœli, cum virtute
 multa, & majestate. Et mittet Ange-
 los suos cum tuba, & voce magna; &
 congregabunt electos ejus à quatuor
 ventis, à summis cœlorum, usque ad
 terminos eorum. Ab arbore autem fic
 discite parabolam. Cum iam ramus
 ejus tener fuerit, folia nata, scitis quia
 propè est æstas: Ita & vos, cum vide-
 ritis hæc omnia, scitote quia propè est
 in ianuis. Amen dico vobis, quia non
 præteribit generatio hæc, donec om-
 nia

nia fiant. Cœlum , & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt.

Quo dicto Sacerdos tenens lignum Crucis , vadit ad locum , ubi cantatum fuit Evangelium , & cum Diacono intonat Antiphonam supradictam. Ecce Crucem Domini. Qua finita , Sacerdos dicit. *ÿ.* Mihi autem absit gloriari , alleluya. *R.* Nisi in Cruce Domini nostri , alleluya. *ÿ.* Domini exaudi. *ÿ.* Dominus vobiscum.

OREMUS.

A Domo tua , quaesumus Domine , spirituales nequitia repellantur , et aerearum discedat malignitas tempestatum , et fulgurum: et nos famulos tuos ab omni adversitate custodi , et fructus terra dare , et conservare digneris. Per Christum. &c.

Tum

Tum Præbyter, habens Crucem in manibus circuit Altare, & in quolibet angulo Altaris benedicit cum Cruce, faciendo signum Crucis; dicendo in primo angulo. Et benedictio ✠ Dei omnipotentis: In secundo angulo, et Pa ✠ tris: In tertio angulo, & Filii. ✠ in quarto angulo, et Spiritus ✠ Sancti descendat super nos, et maneat super hunc terminum nostrum. R. Amen.

Deinde deposita Cruce, accepit aspersorium cum aqua benedicta, & aspergit super terminum. Quo facto revertitur Processio ad Ecclesiam, cantando Litaniam, incipiendo à Sancta Maria intercede, in tono, prout invenies in Processionario. Si vero non potuerint haberi quatuor Diaconi, ipse Præbyter dicat omnia Evangelia, accipiendo benedictionem, prout in Missa privata.

G

Bene-

*Benedictio panis die Sancti Blasij, qua
feri debet cum Cruce, & aqua
benedicta.*

ŷ. Adjuكتورium nostrum in nomine
Domini.

R. Qui fecit cœlum, et terram.

ŷ. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, & usque in sæcu-
lum.

ŷ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

ŷ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Salvator mundi Deus Jesu Chris-
te, qui hodiernam diem Beatif-
simi Blasij martyrio consecrasti, & di-
versas creaturas ad salutem hominum
creasti, qui ex quinque panibus, &
duobus piscibus quinquæ millia ho-
mi-

91
minum satiasti: & populum Iudaicum
in deserto miraculose pavisti; ineffa-
bilem misericordiam tuam suppliciter
oramus, & petimus, ut hos panes,
& fructus, quos plebs fidelis tibi
devotè hodie ad sanctificandum attu-
lit tua pietate benedicere, ✠ & sanc-
ti ✠ ficare digneris; ut qui ex eis
comederint, vel gustaverint, ab om-
ni gutturis plaga, & totius corporis
infirmirate, meritis, & intercessio-
ne Beati Blasij Martyris tui, plenam
recipiant sanitatem: & nos servos tuos
ab omni animæ, & corporis ægritu-
dine sanos, & incolumes tua misera-
tione conserva. Qui vivis, & regnas
cum Deo Patre in unitate Spiritus
Sancti Deus, per omnia sæcula, &c.

Benedictio Dei omnipotentis Patris,

✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti,
des-

descendat , & maneat super nos &
 istam creaturam panis , & fructuum.
 Amen. *Aspergat Aqua Benedicta.*

*Benedictio panis , & fructuum contra ig-
 nis periculum , quæ sit die Sanctæ
 Agathæ , modo sequenti.*

Psalmus.

DEus misereatur nostri , & bene-
 dicat nobis : illuminet vultum
 suum super nos , & misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra viam
 tuam : in omnibus gentibus salutare
 tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: con-
 fiteantur tibi populi omnes.

Latentur , & exultent gentes : quo-
 niam iudicas populos in æquitate , &
 gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, con-

fitentur tibi populi omnes : terra de-
dit fructum suum.

Benedicat nos Deus , Deus noster,
benedicat nos Deus ? & metuant eum
omnes fines terra. Gloria Patri. &c.

Postea dicat

KYrie eleyson , Christe eleyson,
Kyrie eleyson. Pater noster:
v. Et ne nos, &c. Sed libera nos à malo.

v. Adjutorum ✠ nostrum , &c.

R. Qui fecit cœlum , &c.

v. Sit nomen Domini benedictum.

R. Ex hoc nunc, &c.

v. Ora pro nobis Beata Agatha.

R. Ut digni efficiamur , &c.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe , Fili Dei
 vivi , panis vivus , qui de cœ-
 lo decendisti : bene ✠ dic , sancti ✠
 fica hos panes , et fructus in hono-
 rem Beatæ Agathæ Virginis , et Mar-
 tyris tuæ deportatos; et concede propi-
 tius ejusdem Virginis, et Martyris tuæ
 intercessione, ut ubicumque contra ig-
 nem comburentem missi , vel positi
 fuerint , illico evanescat , et penitus
 extinguatur. Qui vivis , et regnas,
 Deus in sæcula seculorum. Amen.

OREMUS.

Deus , qui inter cætera potentia
 tuæ miracula , etiam in sexu
 fragili victoriam Martyrii contulisti:
 concede propitius, ut qui Beatæ Aga-
 thæ Virginis , et Martyris tuæ nata-

li-

litia colimus, per ejus ad te exempla
gradiamur. Per Christum Dominum
nostrum.

Benedictio Dei omnipotentis Pa-
tris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti,
descendat, et maneat super nos, et
panes, et fructus istos. Amen. *Aspergat
aqua benedicta.*

*Benedictio aquæ contra aves, locustas, &
alia animalia.*

Bene ✠ dic Domine hanc crea-
turam aquæ, ut fugiant volu-
cres, vermes, & eruceæ ab omni-
bus segetibus, vineis, olivetis, fruc-
tibus, & oleribus nostris, super qui-
bus aspersa fuerit per nomen tuum
Sanctum Deus Pater ✠ omnipotens,
& Filij tui Domini nostri Jesu Chris-
ti virtutem, & Sancti Spiritus bo-

nitatem, quod quidem nomen Sanctum tuum invocatum est super ipsam creaturam tuam segetum, vinearum, oliverorum, fructuum, & olerum, ut fiat salubre alimentum omnibus, qui utuntur illis. Per eundem: &c. Kyrie eleyson, &c. Pater noster, Ave Maria, Credo in Deum dicuntur. Ipse te benedicat, qui in te á Ioanne fuit baptizatus Iesus Christus Dominus noster Amen.

Oratio.

DEus tuorum gloria Confessorum, splendorque animarum sanctarum, vota nostra placatus suscipe, & Confessoris tui, atque Pontificis Toribij meritis, ab omni gelu, & grandine nos fac permanere illæsos, atque pervenire ad honores æternæ vitæ repromissos. Per Christum, &c.

Bene-

Benedictio Agrorum, & exorcismus contra noxia animalia devastantia fructus terra.

Sacerdotes, qui Missam celebraverint pro vastatione segetum, arborum, & fructuum seu herbarum, accipiant superpelliceum, & stolam, & plubiale, & Crucem, & aspersorium, & aquam benedictam: & alij Clerici venientes processionaliter ad gradum, seu domum, vel terminum, ubi sunt animalia noxia, & interim dicant cantando Litaniam, ut in fine Breviarij: & Sacerdos primùm dicat. *ψ. Adjutorium nostrum. R. Qui fecit cœlum, &c. ψ. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. R. Et salutare tuum da nobis. ψ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.*

Ore-

OREMUS.

Domine Deus omnipotens, creator, & conservator generis humani: qui in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te: & misericordiam facis: Majestatem tuam in afflictione brachi, locustæ, & muris, seu N. aut aliorum exorantibus aures tuæ pietatis accomoda propter nominis tui gloriam, & honorem. Per Christum.

OREMUS.

Clementissime Deus, cum sis magnus, & omnipotens, tuam potentiam demonstrando, per Sanctos tuos quotidie operaris; ideoque servi inutiles confugientes ad intercessionem gloriosa Virginis Mariæ Filij tui genitricis, & omnium Sanctorum, qui semper te Dominum dominantium

tium

rium, in throno sedentem; laudant; quæsumus: ut noxia cuncta repellas, & fructuum abundantiam, multiplicatis intercessoribus, largiaris. Per Christum Dominum nostrum.

Postea Cantores dicant cantando Psalmos, ut infra, & Sacerdos interim dicat sequentes Exorcismos.

Exorcizo vos pestiferos vermes, vel mures, seu aves, aut N. Per Deum Patrem ✠ omnipotentem, per Jesum Christum ✠ Filium ejus, & Spiritum ✠ ab utroque procedentem, ut confestim recedatis ab his campis, seu vineis, vel aquis, aut domibus, nec amplius, in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possint; pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiaë cœlestis, & Ecclesiaë Sanctaë Dei, vos maledicens,

quo-

quocumque ieritis, sitis maledicti; deficientes de die in diem in vos ipsos, & decrescetes, quatenus reliquæ de vobis nullo in loco inveniuntur, nisi necessariæ ad salutem, & usum humanum, quod præstare digneris. Qui venturus est iudicare vivos, & mortuos.

Alia Conjuratio.

Ego adjuro vos N. per omnipotentem Deum, & si per omnia supradicta per me recusatis abire: Maledictio omnipotentis Patris ✠ & Filii, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & ira, & indignatio omnium Angelorum, & Sanctorum, & Sanctarum Dei, & totius Curiaë cœlestis, & omnium creaturarum, statim sine mora cum furore maximo descendat super vos pestiferos vermes, erucas, bruchos, locust-

cul-

cūctas, mures, talpōtes, formicas, ser-
 pētes, viperas, aves, & super om-
 nia animalia nociva, quæ devastan-
 tur fructus istarum arborum, & vi-
 nearum frumentorum, & viridita-
 tum viridarij, vel horti, & fructus
 totius termini, & omnia animalia,
 quæ in cognitione mea non veniunt:
 sint omnes potentia, & virtutes con-
 fractæ, per virtutem magni Salvato-
 ris nostri Jesu Christi, & omnipot-
 entis Dei, sic; & taliter, non habea-
 tis deinceps manducare, neque vibere,
 neque corrodere, neque habitare in his
 agris, vel agro, & in horto, aut in domi-
 bus, vel domo, seu in termino isto,
 & si secus fiat, vobis sit in pernicem,
 & ruinam, sic dictum est, & sic fiat. In
 nomine Patris, ✠ & Filij ✠ & Spi-
 ritus ✠ Sancti.

Psalm.

Psalmus.

Dominus illuminatio mea , & salus mea : quem timebo ?

Dominus protector vitæ meæ , à quo trepidabo.

Dum appropriant super me nocentes , ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei , ipsi infirmati sunt , & ceciderunt.

Si consistant adversum me castra , non timebit cor meum.

Si exurgar adversum me prælium , in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Domino , hanc requiram , ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluntatem Domini , & visitem templum ejus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo : in die malorum protexit me

me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltavit me : & nunc exal-
tavit caput meum super inimicos
meos.

Circuivi , & immolavi in taberna-
culo ejus hostiam vociferationis : can-
tabo , & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam , qua
clamavi ad te : miserere mei , & exau-
di me.

Tibi dixit cor meum , exquisivit
te facies mea : faciem tuam Domine
requiram:

Ne avertas faciem tuam à me : ne
declines in ira à servo tuo.

Adjutor meus esto : ne derelinquas
me , neque despicias me Deus salu-
tatis meus.

Quoniam Pater meus , & Mater
mea dereliquerunt me ; Dominus au-
tem assumpsit me.

Le-

Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui , & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona Domini , in terra viventium.

Expecta Dominum , viriliter age : & confortetur cor tuum , & sustine Dominum. Gloria Patri , &c.

Psalmus.

SI verè utique justitiam loquimini, recta judicare filij hominum.

Etenim in corde iniquitatis operamini : in terra injustitias manus vestrae concinnant.

Alieniati sunt peccatores à vulga :

erraverunt ab utero , locuti sunt falsa.

Furor illis secundum similitudinem serpentis : sicut aspidis suræ , & obdurantis aures suas.

Quæ non exaudiet vocem incantantium : & benefici incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum : Molas Leonum confringet Dominus.

Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens : intendit arcum suum donec infirmentur.

Sicut cera , quæ fluit auferentur supercecidit ignis , & non viderunt solem.

Priusquam intelligerent spinæ vestræ thammam : sicut viventes , sic ira absorbet eos.

Letabitur justus cum viderit vias

H

die

dictam manus suam lavabit in sanguine peccatoris.

Et dicet homo : si utique est fructus justo : utique est Deus judicans eos in terra. Gloria Patri, &c.

Postea dicat Sacerdos cantando, elevata Cruce contra noxia animalia.

PER Deum vivum ✠ & immortalem, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum præcipio vobis, ut recedatis à terminis istis hujus agri, seu domus, aut camporum, aut horti, & nihil mali faciatis. Amen.

Per Mysterium Sanctæ Incarnationis Jesu Christi, ac ejus Nativitatem; præcipio vobis, ut recedatis à terminis, seu possessionibus hujus agri, seu termini, & eis nihil mali faciatis. Amen.

Per

Per hoc signum Sanctæ ✠ Crucis
 ejusdem Domini nostri Jesu Christi,
 qui passus est pro salute nostra : & à
 mortuis resurrexit , & in cœlum as-
 cendit : & inde venturus est judicare
 vivos , & mortuos , & sæculum per ig-
 nem. Præcipio vobis ut recedatis , à
 possessionibus hujus agri , seu termi-
 ni , & eis nihil mali faciatis. Amen.

Antiphona.

SI abire distuleritis , maledictio Do-
 mini descendat super vos , & per-
 cutiat vos per Sanctum Angelum
 suum , sicut percussus fuit exercitus
 Senacherib , ut cognoscat gentes , &
 timeant nomen Sanctum ejus , &c.

Deinde dicat flexis genibus.

Kyrie eleyson , Christe eleyson,
 Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne
 nos

H 2

nos

nos inducas , &c. Sed libera nos,
 &c. Salvos fac fructus terræ : Et de
 Sion tuere eos. Fiant vobis dies pauci.
 Et morte cito deposcat vos Dominus.
 Domine exaudi , &c. Et clamor meus,
 &c. Dominus vobiscum. Et cum spi-
 ritu tuo.

Oremus.

Domine Sancte , Pater omnipo-
 tens , æterne Deus , qui inimi-
 ci rugientis sævitiam , & hostiles ne-
 quitias potenter expugnas ; nuro inex-
 pugnabili tuæ potentiaæ præcinge ter-
 minium hujus agri , seu horti , & to-
 tius Regni N. nec locustæ , nec alia
 noxia animalia amplius appropinqua-
 re possint , disperde ea in virtute di-
 lectissimi Filii tui Domini nostri Jesu
 Christi : qui venturus est judicare , &c.

Amen.

Ore-

Oremus.

PReces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi; ut qui justè pro peccatis affligimur, & hanc vermium, seu murium, aut locustarum; charandiorum, aut aliorum animalium calamitatem patimur; pro tui nominis gloria ab ea misericorditer liberemur: ut per potentiam tuam expulsa, nulli noceant, & hos agros, vineas, campos, seu domos, aut aquas intactas dimittant, quatenus ex eis exorta fuerint, tuæ Majestati deserviant, & nostræ necessitati subveniant. Per Christum Dominum, &c. Amen.

Oremus.

OMnipotens sempiternæ Deus bonorum omnium auctor, & conservator, in cujus nomine omne

genus flectitur, cœlestium, terrestium,
 & infernorum: concede ut quod de
 tua misericordia confisfi agimus, per
 tuam gratiam efficacem consequamur
 effectum: quatenus hos vermes, cara-
 patillum, formicas, erucas, locustas,
 mures, talpas, aut alia animalia no-
 xia, segregando segreges, extermi-
 nando extermines, ut ab ista calami-
 tate liberati, gratiarum actiones Ma-
 jestati tuæ referamus. Per Christum,
 &c.

OREMVS.

OMnipotens sempiternæ Deus,
 qui precibus serui Moyfi, flan-
 te vento ab occidente vehementissi-
 mo fecisti, ut arreptam locustam
 projiceret in mare rubrum: ut non
 remaneret una, in cunctibus finibus
 Egypti: quoniam tu es qui flagellas,

&c

& salvas; ita preces populi, pretiosi
 Filii tui sanguine redempti, exaudi,
 & quæsumus, ut mures, talpas, lo-
 custas, erucas, chalandrios, & alia
 animalia noxia, quæ nos infestare, se-
 getes, & vineas, seu herbas, aut fru-
 mentum, & fructus, omni genere
 destruere conantur, ad nihilum redi-
 gas, & in perditionem iramittas per
 virtutem Sanctissimæ ✠ Crucis.
 Amen.

Oremus.

ORamus te Domine Deus noster,
 ut hos agros, aut vineas, ar-
 bores, seu herbas, aut alios fructus
 serenis oculis, hilarique vultu respici-
 re digneris: tuamque super eos mitte
 bene ✠ dictionem, ut non grandis
 surripiat, non turbo subvertat, non
 vis tempestatis detruncet, non æstus

exu-

exurat, non animalia noxia corrodat,
neque inundatio pluvie exterminet,
sed fructus incolumes, uberesque usui
nostro, ad plenam maturitatem per-
ducas. Per Christum, &c. Amen.

Oremus.

In Argire, & conservare fructus
terre dignare Domine Deus
noster, daque nobis pluviam terre, &
imbrem matutinum, & serotinum,
columque fluere facias, & reddas no-
bis annos nobis fertiles, maledicendo,
& annihilando locustas, mures, eru-
cas, formicas, chalandrios, vermes,
carapatillum, & alia noxia animalia,
quæ in cognitione mea non veniunt,
& liberis tibi mentibus servire, &
gratias agere valeamus. Per Dominum
nostrum, &c. Amen.

*Ultimo dicat elevata Cruce contra noxia
animalia.*

Benedictio Dei omnipotentis Pa-
tris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠
Sancti descendat , & maneat super
hos agros , seu domos , aut vineas,
& ejus fructus. Amen.

*Mox aspergat aqua benedicta per domus,
seu agros , & vineas , dicendo.*

Christus ✠ vincit , Christus ✠
regnat , Christus ✠ imperat , vobis
animalibus , ut profugiatis de domo
ista , vel de termino isto. Amen.

San Joachin es Abogado para las
haciendas , de ganados , de hereda-
des , como lo han experimentado los
que se han valido de su intercession,

li-

librando los campos de plagas de langostas, ratas, calapatillo, y otras semejantes plagas, y assi se pone aqui su intercession, mediante su Antifona, Versiculo, y Oracion, y se ha de decir con gran fervor, fiando en la misericordia de Dios, mediante la intercession del glorioso Santo. Traelo el Padre Manuel Ortigas de la Compania de Jesus, en San Rafael, Guia del Christiano a la Patria, y Corona eterna.

Antiphona.

Laudemus virum gloriosum in generatione sua, quia benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus; & testamentum suum confirmavit super caput ejus.

ψ. Potens in terra erit semen ejus.

R. Generatio rectorum benedicetur.

Ore-

Oremus.

Suscipe, clementissime Deus, intercessionem meam, aut nostram, in honorem Sancti Patriarchæ Ioachim, Patris Mariæ Virginis Majestatis tuæ supplicatam, ut ipso cum conjugæ suæ, & beatissima prole intercedente perfectam consequi mereamur petitionem nostram, & liberemur à periculo grandinis, ac nebulæ, bræchi, aliorumque animalium corrosivorum. Per Christum Dominum. Amen.

Benedictio Romanorum in die S. Petri Martyris, quæ celebratur 29. Aprilis.

Oratio.

Exaudi preces tuorum fidelium, omnipotens Deus, ut sicuti
Moyse

ITS

Moyſi famulo tuo in Helin , ubi erant
ſeptuaginta palmæ, & duodecim fontes
aquarum , propitiuſ adfuisti , ita in ſo-
lemnitate Petri Sanctiſſimi Martyris
tui , quam hodie colimus ; aſtanti di-
lecto populo tuo aſſeſſe tua immenſa
pietate digneris , & quatenus has pal-
mas, ramos, & olivas, famuli tui in ho-
norem tui nominis ; & pro reverentia
ejuſdem præfati Martyris ſuſcipere
anhelant ; benedicere & digneris , ut
quibuſcumque locis , domibus , hor-
tis, vineis, nemoribus, vel agris fuerint
collocatæ , tuam largam conſequi be-
nedictionem, benignamque cultodiam,
habitatores, vel poſſeſſores mereantur,
atque omnis adverſitas fulgurum, &
tempellatum malignorum ſpirituum,
per interceſſionem , & merita ejuſdem
Sanctiſſimi Petri Martyris diffugiat, &

ad

ad nihilum redigatur; quatenus ¹¹⁹ fideles
de tua gratuita misericordia confiden-
tes, & palmas, olivas, & ramos devo-
tis mentibus suscipientes, & quibus lo-
cis vissum fuerit collocantes, tam ipsi,
quam eorum bona ab omni ineursu, &
infestatione nequissimorum dæmonum
ineffabili tua clementia protegantur,
& ejusdem B. Martyris assiduo patro-
cinio salutem mentis, & corporis con-
sequi mereamur. Per Dominum, &c.
*Postea incensantur Rami, & asperguntur
aqua benedicta.*

*Benedictio herbarum in die S. Ioann.
Baptiste.*

Ÿ. Adjutorium, &c. R. Qui fecit cæ-
lum, &c. Ÿ. Dominus. R. Et cum spi-
ritu tuo.

Orea

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui corpus, & animam in Cruce posuisti, & multas contumelias à Judæis audisti, atque flagellatus fuisti, & per eam omnes credentes, ac baptizatos reparasti: sic precor te per misericordiam, & pietatem tuam, nec non per piissimam Matrem tuam, atque per amorem Sanctorum Archangelorum, Angelorum, & per Beatos Apostolos, Evangelistas, Martyres, Confessores, Virgines, ac per omnes iustos, & electos tuos, præsertim per amorem sanctitatem, excellentiam, & prædicationem Sancti Ioannis Baptistæ, cujus hodie Nativitatem, & Festum celebramus, digneris benedicere, ✠ & sanctificare istas presentes herbas, quas hodie famuli, & famulæ tuæ tradunt,

dunt, ad benedicendum per te, & in tuo purissimo nomine. Concede etiam quæsumus, ut ubicumque combustæ fuerint, vel pars illarum, sit ad remedium, & refrigerium fructuum, terminorum, & panis, & vini, hortorum, cœterarumque rerum, vel ubicumque fumus earum attigerit, sit ad defensionem messium, vinearum, olivarum, & omnium fructuum, & ad sanitatem hominum, & aliorum animalium, repellatque omnes tempestates, grandines, & aquæ turbidæ vertantur in salutarem pluviam, benignam, suavem, & quietam, virtute harum herbarum, per sanctam benedictionem tuam accepta: quia tu es defensor omnium creaturarum, quæ sunt super terram, & habes potestatem, & imperium super omnia demonia, quæ portant

ma-

malum super terram : Iubé ergo, atque præcipe eis, in locum cremum ire, ut non destruant terram, atque fructum ejus neque labores eorum, de quibus dantur eleemosynæ pauperibus, & primitiæ Ecclesiis, decimæque eis servientibus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, &c. Et benedic ✠ Domine herbas istas, ut sint remedium salutiferum generi humano : & presta per invocationem tui sancti nominis, ut quicumque ex his sumpserint, & gustaverint, corporis sanitatem, & animæ tutelam suscipiant. Per Christum Dominum, &c.

Benedictio herbarum in die Sancti Laurentii.

Domine Jesu Christe, qui corpus, et animam in cruce posuisti, et multas contumelias à Judæis audisti, atque

atque flagellatus fuisti , & per eam omnes credentes , ac baptizatos reparastis : sic præcor te per misericordiam , & pietatem tuam , necnon per piissimam Matrem tuam , atque per amorem Sanctorum Angelorum , Archangelorum , & per Beatos Apostolos , Evangelistas , Martyres , Confessores Virgines , ac per omnes justos , & electos tuos , præsertim per amorem , & sanctitatem Sanctissimi Martyris tui Laurentii , cujus hodie Festum celebramus , digneris benedicere , ✠ & sanctificare ✠ istas præsentis herbas , quas hodie famuli , & famulæ tuæ tradunt ad benedicendum per te , & in tuo purissimo nomine : Concede etiam , quæsumus , ut ubicumque combustæ fuerint , vel pars illarum , sit ad remedium , & refrigerium fructuum , terminorum , & panis , & vini hortorum , cæterarumque rerum , vel ubicumque fumus earum attigerit , sit ad defensionem messium , vinearum , & aliarum arborum , & ad ianitatem hominum , & aliorum animalium.

I

lium,

lium , repellatque omnes tempestates , grandines , & aquæ turbidæ vertantur in salutarem pluviam , placidam , benignam , suavem , & quietam , virtute harum herbarum , per sanctam benedictionem tuam accepta , quia tu es defensor omnium creaturarum , quæ sunt super terram , & habes potestatem , & imperium super omnia dæmonia , que portant malum super terram. Iube ergo , atque præcipe eis , in locum eremum ire , ut non destruant terram , neque fructum ejus , neque labores eorum , de quibus dantur eleemosynæ pauperibus , & primitiæ Ecclesiis , decimæque eis servientibus. Qui cum Patre , & Spiritu Sancto vivis , & regnas in sæcula , &c. Benedic ✠ Domine herbas istas , ut sint remedium salutare generi humano , & præsta per invocationem tui sanctissimi nominis , ut quicumque ex his sumpserint , & gustaverint , corporis sanitatem , & animæ tutelam suscipiant. Per Christum , &c.

In

In Processione ad petendam pluviam, sequentem Antiphonam, & Psalmum, cum Gloria Patri concinunt Cantores stantes; & post Gloria patri repetitur.

Añs. Exurge Domine adjuva nos, & libera nos, propter nomen tuum. *Psalm.* Deus auribus nostris audivimus, Patres nostri annuntiaverunt nobis. Gloria Patri, &c. Exurge Domine &c.

Deinde flexis genibus dicant Litaniae, ut supra, usque ad Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, &c. Deinde prosequatur, ut sequitur hic.

Propitius esto. Parce nobis Domine.

Propitius esto. Exaudi nos Domine.

Ab omni malo. Libera nos Domine.

Ab omni peccato. Libera.

Ab ira tua. Libera.

A subitanea, & improvisa morte. Libera.

Ab insidijs Diaboli. Libera.

Ab ira, & odio, & omni mala voluntate.

Libera.

A spiritu fornicationis. Libera.

A fulgure, & tempestate. Libera.

A morte perpetua. Libera.

Pog

- Per Misterium S. Incarnationis tuæ. Libera.
 Per adventum tuum. Libera.
 Per Nativitatem tuam. Libera.
 Per Baptismum, & sanctum jeju-
 nium tuum. Libera.
 Per Crucem, & Passionem tuam. Libera.
 Per mortem, & sepulturam tuam. Libera.
 Per sanctam Resurrectionem tuam. Libera.
 Per admirabilem Ascensionem
 tuam. Libera.
 Per adventum Spiritus Sancti Pa-
 racliti. Libera.
 In die Iudicij. Libera.
 Peccatores. Te rogamus audi nos.
 Ut nobis parcas. Te rog.
 Ut nobis indulgeas, Te rog.
 Ut ad veram pœnitentiam nos
 perducere digneris. Te rog.
 Ut Ecclesiam tuam sanctam re-
 gere, & conservare digneris. Te rog.
 Ut domum Apostolicum, & om-
 nes Ecclesiasticos Ordines in
 sancta Religione conservare
 digneris. Te rog.
 Ut

Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ hu-
militare digneris. Te rog.

Ut Regibus, & Principibus Christia-
nis pacem, & veram concor-
diam donare digneris. Te rog.

Ut cuncto Populo Christiano pacem
& utilitatem largiri digneris. Te rog.

Ut nosmetipsos in tuo sancto ser-
vitio confortare, & conservare
digneris. Te rog.

Ut mentes nostras ad cœlestia de-
sideria erigas. Te rog.

Ut omnibus benefactoribus nos-
tris sempiterna bona retribuas. Te rog.

Ut animas nostras, fratrum, pro-
pinquorum, & benefactorum
nostrum ab æterna damnatio-
ne eripias. Te rog.

Ut fructus terræ dare, & conser-
vare digneris, Te rog.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem
æternam donare digneris. Te rog.

Pro Pluvia.

Ut pluviam congruentem fideli-
bus

bus tuis concedere digneris. Te rog.

Pro Fame , Peste , & Bello.

Ut à Famè , Peste , & Bello nos
liberare digneris. Te rog.

Pro Bello contra Paganos, & Hæreticos.

Ut Turcarum, vel Hæreticorum co-
natus reprimere digneris. Te rog.

*Qualibet istarum precum his repetatur, quan-
do pro ea fit Processio.*

Ut nos exaudire digneris. Te rog.

Fili Dei, Te rog.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Parce nobis Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi.

Exaudi nos Domine.

Agnus Dei , qui tollis peccata mundi.

Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudinos. Ky-
rie eleyson, Christe eleyson. Kyrie eley-
son. Pater noster. *ψ*. Et ne nos inducas &c.
℞. Sed libera nos à malo.

Psalm. 146.

Laudate Dominum , quoniam bonus
est psalmus. Deo nostro sit jucunda,
decoraque laudatio. *Ædi-*

Ædificans Ierusalem Dominus: disper-
sionis Israelitas congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat
contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum:
& omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, & magna vir-
tus ejus: & sapientia ejus non est nume-
rus.

Suscipe mansuetos Dominus: humillians
autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione: psal-
lite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus: & parat
terra pluviam.

Qui producit in montibus fœnum: &
herbam servituti hominum.

Qui dat jumentis escam ipsorum: &
pullis corvorum invocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem
habebit: nec in tibi viri beneplacitum
erit ei.

Beneplacitum est Domino super timen-
tes eum: & in eis, qui sperant super mi-
se-

sericordia ejus. Gloria Patri, &c.
 ψ. Operi Domine cœlum nubibus. R. Et
 para terræ pluuiam. ψ. Ut producat in
 montibus fœnum. R. Et herbam servitu-
 ti hominum. ψ. Riga montes de superio-
 ribus tuis. R. Et de fructu operum tuo-
 rum satiabitur terra. ψ. Domine exaudi
 orationem meam. R. Et clamor meus ad
 te veniat. ψ. Dominus vobiscum, R. Et
 cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, in quo vivimus, movemur, &
 sumus, pluuiam nobis tribue con-
 gruentem, ut presentibus auxilijs suffi-
 cienter aduti, sempiterna fiducialibus
 appetamus.

PRæsta, quæsumus, omnipotens Deus,
 ut qui in afflictione nostra de tua
 pietate confidimus, contra aduersa om-
 nia tua semper protectione muniamur,

DA nobis, quæsumus Domine, plu-
 uiam salutarem, & aridam terræ
 faciem fluentis cœlestibus dignanter in-
 funde. Per Dominum nostrum, &c.

ψ.

ψ. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo: ψ. Benedicamus Domino. R. Deo gratias. ψ. Exaudiet nos omnipotens, & misericors Dominus. R. Amen. ψ. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. R. Amen.

In Processione tempore mortalitatis, & Festis, dicantur Litanie, ut in Processione pro pluvia, cum versa, Ut à Famæ, &c.

Pater noster. ψ: Et ne nos inducas in tentationem, R. Sed libera nos à malo. Psalm. 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?

Convertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit

Et tui : in inferno autem quis confitebitur tibi ?

Laboravi in gemitu meo, labavo per singulas noctes lectum meum : lacrymis meis stratum meum rigabo :

Turbatus est à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos.

Discedite à me omnes , qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam : Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant , & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur , & erubescant valde velociter. Gloria Patri-

ψ. Domine non secundum peccata nostra facias nobis. R. Neque secundum iniquitates nostras tribuas nobis. ψ. Adjuva nos Deus salutaris noster. R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos. ψ. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. R. Citò anticipent

pent nos misericordix tuæ , quia pauperes facti sumus nimis . *ψ*. Ora pro nobis Sancte Sebastiane. *℞*. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. *ψ*. Domine exaudi orationem meam. *℞*. Et clamor meus ad te veniat. *ψ*. Dominus vobiscum. *℞*. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

EXaudi nos Deus salutaris noster , & intercedente beata , & gloriosa Dei genitrice Maria semper Virgine , & B. Sebastiano Martyre tuo , & B. Rocho Confessore tuo , & omnibus Sanctis , populum tuum ab iracundiæ tuæ terroribus libera , & misericordix tuæ fac largitate securum.

Propitiare , Domine supplicationibus nostris , & animarum , & corporum medere languoribus , ut remissione percepta , in tua semper benedictione lætemur.

DA nobis , quæsumus Domine , piæ petitionis effectum , & pestilentiam , mortalitatemque propitiatus averte , ut

mor-

mortalium corda cognoscant, à te indig-
nante talia flagella prodire, & te mise-
rante cessare. Per Dominum, &c.

*In Processione tempore Belli, dicantur Lita-
nia, ut in processione pro pluvia, cum
versu, Ut à Fame, Peste, & Bello.*

Pater noster. ψ. Et ne nos inducas in
tentationem. & Sed libera nos à malo.

Psalm. 45.

DEus noster refugium, & virtus: ad-
jutor in tribulationibus, quæ in-
venerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turba-
bitur terra: & transferentur montes in
cor maris.

Sonuerunt, & turbatae sunt aquae eo-
rum: conturbati sunt montes in fortitu-
dine ejus.

Fluminis impetus lætificavit Civita-
tem Dei: sanctificavit tabernaculum suum
Altissimus.

Deus in medio ejus, non commove-
bitur: adjuvabit eam Deus mane di-
luculo.

Con-

Conturbate sunt gentes ; & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutem nobiscum : susceptor nos-
ter Deus Jacob.

Venite , & videre opera Domini, que posuit prodigia super terram : auferens bella usque ad finem terrarum.

Arcum conteret , & confringet arma : & scuta comburet igni.

Vacate , & videret , quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum : susceptor nos-
ter Deus Jacob. Gloria Patri, &c.

Ps. Exurge Domine ad iuba nos R. Et libera nos propter nomen tuum. Ps. Saluum fac populum tuum Domine. R. Deus meus sperantes in te

Ps. Fiat pax in virtute tua R. Et abundantiam in turribus tuis. Ps. Esto nobis Domine turris fortitudinis. R. A facie inimici. Ps. Arcum conteret, & confringet arma. R. Et scuta comburet igni. Ps. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere nos. Ps. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c. Ps. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

Ps. A facie inimici. Ps. Arcum conteret, & confringet arma. R. Et scuta comburet igni. Ps. Mitte nobis Domine auxilium de Sancto. R. Et de Sion tuere nos. Ps. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c. Ps. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

Ps. Domine exaudi, &c. R. Et clamor, &c. Ps. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

Ps. Dominus vobiscum, R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium potentia tue defensionis expungas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum

rum feritate depressa, incessabili te gratiarum
actione laudemus.

DEUS, à quo sancta desideria, recta con-
silia, & iusta sunt opera; dà servis tuis
illam, quam mundus dare non potest pacem; ut
& corda nostra mandatis tuis dedita, & hos-
tium sublata formidine, tempora sint tua pro-
tectione tranquilla.

HOSTIUM nostrorum, quæsumus Domine, eli-
de superbiam, & eorum contumaciam
dexteræ tuæ virtute prosterne. Per Dominum &c.
*Oratio Sancti Antonij de Padua, pro infirmis
& lumbricorum.*

POTESTAS Dei Patris, ✠ Sapientia Dei Filij ✠
Virtutes Spiritus Sancti ✠ libere, &
sanct te ab infirmitate lumbricorum, & statim
exeant de corpore tuo, & convertantur in aquam
in honorem Sancti Antonij de Padua Confessoris,
dum appropiant super te nocentes, ut edant
carnes tuas, ipsi infirmati sunt, & cecide-
runt. Fiat ✠ Fiat ✠ Fiat ✠ Jesus Maria. Amen.
Responsus Sancti Antonij de Padua.

SI quæris miracula, mors, error, calamitas,
dæmon, lepra, fugiunt: ægri surgunt sani;
cadunt mare, vincula, membra, resque perdi-
tas pecunt, & accipiunt juvenes, & cani.

☩ Pereunt, pericula cessant, & necessitas, nati-
ent hi, qui sentiam, dicant Paduani. R. Ca-
dunt

Dunt mare: vincula membra, resque perditas,
&c. Gloria Patri, &c. Cadant mare vincula,
membra, resque perditas. V. Ora pro nobis
Sancte Antonij. R. Ut digni efficiamur, &c.

OREMUS.

ECclesiam tuam Deus B. Antonij Confesso-
ris tui commemoratio votiva latificet ut
spiritualibus semper muniatur auxiliis, & gam-
dijs perfrui mereatur æternis. Per Christum, &c.
*Exorcismo contra las Langostas, y otros qua-
lesquiera animales corrosivos.*

Primera, diganse tres Missas, y sea la
una de la Santissima Trinidad, con Colec-
ta de la Virgen Nuestra Señora, y con otra de
San Gregorio Obispo de Hostia.

La Segunda Missa ha de ser de la Purissima
Concepcion de la Virgen, con Colecta de la San-
tissima Trinidad, y otra de el mismo S. Gregorio.

La tercera Missa ha de ser de S. Gregorio, como
se pone en el comun de un Confessor Pontifice, con
la Oracion secreta, y el Postcommunito, como
abaxo se pone, y con una Colecta de la Santis-
sima Trinidad, y otra de Nuestra Señora.

ORACIONES PARA LA MISSA DE SAN
Gregorio, y Colectas para las otras.

Oratio.

Deus, qui B. Gregori Confessori tuo, atque
Pontifici contra locustarum pestem spe-
cialem

cialem gratiam contulisti, concedē propitius; ut qui tua beneficia devote poscimus, ejus meritis, & precibus, a corruptione, & consumptione ipsarum, & quaruncumque aliarum pestium, fructibus nostris, & pecoribus noxiarum, atque à peste, & epydemia, & omni alia infirmitate in corporibus nostris misericorditer liberemur. Per Dominum, &c.

SECRETA.

Miserere, quæsumus omnipotens Deus, nobis famulis tuis intercessione Beati Gregorij Confessoris tui, atque Pontificis; cui ad extirpationem brochorum, locustarumque virtutem, & gratiam concessisti: ut, ipsius meritis suffragantibus, conservationem fructuum nostrorum à te pie recipere mereamur. Per Dominum, &c.

POSTCOMUNIO.

TRibue nobis supplicibus tuis, quæsumus omnipotens Deus, gratiam, & misericordiam tuam, & per intercessionem B. Gregorij Confessoris tui, atque Pontificis, quem ad destructionem locustarum, brochorumque; per tuum Vicarium in Hispaniam transmisti, fructus nostri tua sancta virtute nutriantur & ab omni lesione conserventur immunes. Per Dominum, &c.

FINIS.

upna

Universidad
Pública de Navarra

Unibertsitatea
Publikoa

9700305762

